



INCERTI SCRIPTORIS
GRÆCI
FABULÆ
ALIQUOT
HOMERICÆ
DE
ULIXIS
ERRORIBUS
ETHICE EXPLICATÆ

Vertit, notasque necessarias adjecit

JOHANNES COLUMBUS,

P. P. Upſ.



LUGDUNI BATAVORUM,



APUD PHILIPPUM BONK,

MDCCXLV.





Joli 9

S^æ^. R^æ^. M^tis^.

REGNIQUE SUECIÆ
SENATORI AC CANCELLARIO
MAGNO, JUDICI PROVINCIALI VESTRO-GOTHIÆ AC DALIÆ,

UPSALIENSIS AGADEMIÆ CANCELLARIO,

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE DOMINO,

Dn. MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE,

COMITI IN LECKÖÖ ET ARENSBORG,
LIBERO BARONI IN EKHOLMEN,

DOMINO IN HAPSAL, HELMET, HÖJENTORP, KÄGELHOLM, MARIÆDAL, MAGNUSBERG ET WÄNNEGARN, ETC.

Domino meo Gratiosissimo

D. D. D.

ILLUSTRISSIME COMES,
Domine & Patrone maxime,



UT eo nunc floreat inter litterarios cœtus honore, communis ille Græciæ doctor,

* 2 Ro-

DEDICATIO

Romanis in ſchola pueris felix auſpicium Homerus, quo priſcis ſæculis quaſi regnavit, vix eſt quidem ſperandum, poſtquam pulchra & præcellentia pleraque jamdudum nobis adeo cæperunt ſordere. Fateor non eſſe cujusvis, Homeri omnia vel intellectu ſequi. Sed ſi præſumta deſperatione, difficillima quæque, hoc eſt, præſtantiſſima, in ultimam ætatem rejicere pergimus, ecquando tandem proficiemus? Saltem adulti ſi fontes ejus adi-

remus

remus frequentiores, fallor, aut non ita ut nunc plurimi a Musis abessemus procul & Gratiis. Quid dico fontes? Oceanum vocaverunt eum veteres, unde quarumlibet cognitionem rerum, quæ quidem ad instruendam ingenuo homini eruditionem aliquid conferrent, quaslibet artes ac scientias, velut limpida quædam flumina eliciebant. Quibus in hoc ducibus uti si non gravaremur, quantum in eo ad parandum ingenii cultum & politiem momen-

ti ſitum eſſet! Tot magna, tot illuſtria & rara dicens cogitansque poëtarum pater, quam pulchre ad exemplum ſui os nobis formaret! Accederet cognatus animis noſtris numerorum lepos, magna utique vi pollens ad excitanda, & præclariſſimis quibusque rebus admovenda pectora noſtra, ni penitus ipſi obbrutuimus. Nam quod fabulas poëtæ hujus officere bonæ mentis ſtudio quidam cavillati ſunt, in hoc illos audiendos non eſſe, pluri-

morum jam temporum viri graves, & ſancto docendorum mortalium propoſito amabiles, conſtantibus judiciis pronuntiarunt. Hi nempe affirmant poëſios munus eſſe vitæ humanæ partes ad recti exemplar componere; eademque illam, ſed ſuavius, docere imitamentis ſuis, quæ Philoſophi inculcant præceptis Inter eos qui ſic ſentiunt, locum aliquem meretur & hic ſcriptor, quem offerre Tibi auſus ſum, Patrone Illuſtriſſime; qui vult

in

in fabulis quæri, non modo historias veteres, & naturæ mysteria: sed vel maxime exquisitas morum doctrinas, quas ipse pro parte sua juventuti ad optima quæque natæ tradit, & cum Poëta fideliter commendat. Illum ego pluribus impertiendum, & (utinam non nimis infelici opera!) explicandum sumsi. Tuum vero Nomen splendidissimum quod ausim pauculis nec sat expolitis a me paginis præscribere, oro submisse & quæso,

ſo , ne moleſte feras. Clementiſſimo Regi Dominoque noſtro, Patriæ vindici fortiſſimo Tuum me ſtitit ſuffragium , cum Academicum hoc munus mihi decerneret. Tanto igitur Mæcenati mature , ſpecimen aliquod exhibendum fuit, quod ſpem faceret non plane nullam , olim , ſi vixero , fore , ut tam benignum de me judicium non fallam. Deus Opt. Max. reſpiciat nos omnes mitis ac propitius , ut ſub Rege tam pio & forti , Patronis-

que propensis, suo quisque rit-
fungamur officio! Scr. Upf. a. d.
XIII. Sept. A. MDCLXXVIII.

Illustrissimæ Excellentiæ Tuæ

Cliens humillimus
JOHANNES COLUMBUS

L E-



LECTOR BENIVOLE,

Quod hic opuſculum vides, una cum Sympoſio Xenophontis, anno ſuperioris ſeculi xxxi, edidit Haganoæ Johannes Secerius, adcurante Vincentio Opſopœo V. C. qui ſe ait illud in antiquiſſimo codice, ἀδέσποτον καὶ ἀνώνυμον reperiſſe. De quo nihil præterea mihi compertum eſt; niſi quod leviter ſuſpicor hanc eſſe *explicationem in Odyſſeam*, quam in catalogo Bibliothecæ Auguſtanæ A. M. DC. LXXV. edito, pag.

xxxvi. v. vii. ſignat Cl. Reiſerus. Quæ conjectura ſi non fallit, ex illo MS. haberi poſſet haud dubie integrius. Dignum ego certe judicavi, quod pluribus innoteſceret, quodque vertere, in Latinum, & illuſtrare tentarem notis, in quibus non hoc egi, ut quicquid de his fabulis utiliter dicitur, colligerem: quod in partem Homerici operis non parvam commentaria moliri eſſet. Sed ut ſcriptum hocce bonarum litterarum ſtudioſis impertirem paullo correctius, quam mihi forte quadam occurrerat, auctiusque conſimilibus dictis aliorum; iis præſertim quæ vel eximie huc facere, vel temporum

porum labecula adſperſa, per me ab hac liberari poſſe viderentur. Pauca ſunt & levia, (fateor) quæ præſtiti: ſed in his novello critico, aut imitatori potius Criticorum proludere rem minimi exiſtimabam periculi. Vale, mi Lector, & favore tuo ad plura, ſi DEUS annuet, experienda animum mihi adjice.

VIRO CLARISSIMO,

Amicoque veteri & vero,

JOHANNI COLUMBO,

Poëſ. in Acad. Upſ. Prof. Ordin.

Eruditos in hanc Homericam mythologiam labores edenti, hæc, quando meliora dare non vacavit, ἀπεσχεδίαζε.

MARTINUS BRUNNERUS.

In pretio doctis ſemper divina Poëſis,
Illius & pretium fabula docta fuit.
Nunc illam paſſim, totumque Helicona prementis
Quod pretium faſtus? dic age. barbaries.

CLA-

CLARISSIMO VIRO,

JOHANNI COLUMBC,

In Acad. Upſ. Poëſ. Profeſ. Ordin.

Fautori colendo, Opus hoc longe elegantiſſimum, a ſe Latine redditum, notisque illuſtratum, in Juventutis ſtudioſæ commodum edenti.

Ὡς πολλοὶ δολιχὰς πλάνας, κακ' ἄλλα,
Καὶ μόχθους τοῦ ὀδυσσέος περ' ἀνδρὸς
Κλειτοῦ, ποικιλομήτεως τ', ἐπ' αἶαν
Ξείνην, οὓς πάθεν, εὐρεῖ ἔν τε πόντῳ,
Πιστεύουσιν ἔμμεν μόνον κενοὺς τε
Λήρους, αἱμυλίους λόγους θ' Ὁμήρου
Ποιητῶν χ' ἑτέρων, βροτοὺς ῥινώντων;
Αὕτη δηλοῖ ἀτὰρ βίβλος βραχεῖσιν,



Ἀψευ-

Ἀψευδῆ μὲν Ὅμηρον εὖν ἀοιδὸν,
Μύθους θελξίφρονάς τ' ἔχειν τ' ἄειστα,
Ἐν τοῖς χρυψινόοις στίχοις, ἃ κοσμεῖ
Εὐχρήστως μάλα τὸν βίον, τὰ τ' ἤθη
Εὐθύνει σφαλερῶν νέων τ' ἀλήτων.
Δεῦτ' οὖν δεῦρο νέοι φίλοι προθύμως,
Σπουδαίως τ' ἀναγνῶτε τὴν δὲ δέλτον,
Πλεῖστοι γ' εἰν ὀλίγοις φέροντ' ὄνειαρ.
Τίν σευ δ' ἀντὶ πόνου, ΚΟ'ΛΟΥΜΒΕ Μουσῶν
Ἔργον, Παλλὰς ἀμοιβαίη ὀπάσσει,
Μουσάων τε χόρος, χάειν μάλ' ἁγνὴν
Τερπνήν τ', ἄμβροτον αἶνον, ἐσθλὸν ἆθλον.

L. mque gratulabundus adplausit

JULIUS MICRANDER,

Gr. Litt. Prof. Ordin.

TIRESIAS VATES

Apud HOMERUM *Odyſſ. ι. v.* CIX.

Εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάας, νόστου τε μέδηαι,
Καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχον-
τες ἵκοισθε·
Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον.

HUGO GROTIUS Vertit.

Si noxam abſtineas, dabitur natalia rurſus
Arva, tuamque Ithacen, ſed poſt ma-
la multa, tueri:
Sin minus, admoneo, fatum exitiale ſe-
quetur.

Ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τοῦ ὀδυσσέως, μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα καὶ τὸ μύθου σαθρὸν, ὡς οἷόν τε θεραπεύουσα, τῆς τῶν ἀναγινωσκόντων ἕνεκεν ὠφελείας.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.



Οὐκ ἀλόγως, οἶμαι, πάντα τῇ ποιήσει ἐκτέθειται, ὅσα τινὲς ἱστόρηνται παρ' ὁμήρῳ, ἤτοι παθόντες ἢ καὶ γενναῖοι ἐξ ἀνάγκης τι δράσαντες. κἂν γὰρ πρὸς τὸ δραματικώτερον εἰργάσθαι δοκῇ, ὅμως ἔχει καὶ λόγους τινὰς ἀείστους τοῖς μύθοις ὑποκαθημένους, ἐφ' οὓς ἀνάγει σοφιστικώτερον ἀπὸ τοῦ φαινομένου τὴν αἴσθησιν, καὶ κατὰ τὸ λεληθὸς ὑποτίθεσθαι. ἃ δὴ χρεὼν περὶ τῶν μύθων τοὺς νέους εἰδέναι, σωφρονεῖν βουλομένους, καὶ τῇ βελτίονι μοίρᾳ

προσα-

Brevis & concisa narratio Ulyxis errorum, de quibus Homerus agit; cum adjecta commentatione ad vitam moresque humanos magis pertinente, studiosè concinnata; quæque in fabulâ minus firma & vera sunt, integrans atque sanans, ad utilitatem legentium.

PRÆFATIO.

Nihil eorum in poësi arbitror sine certâ ratione positum esse, quæcunque apud Homerum de quibusdam memoriæ prodita leguntur; sive illi adversis jactati casibus, sive magnum quid & virile, quadam ex necessitate, moliti fuerunt. Quamquam enim ad actus rerum & prope scenicos motus omnia facta videantur; habent tamen & rationes optimas sub fabularum involucris latentes; ad quas arcanâ quadam docendi viâ nos poëta vocat, deducitque paulatim ab eo quod sensibus exteriùs occurrit, &, secundum id quod tegitur, subjicit. Quæ omnia nosse opor-

προσέθεσθαι. Ἀλλ' εἴπερ που τοῦθ' ὁ μέγας ἐν ἀνθρώποις ἥρως ἐπραγματεύσατο, καὶ δὴ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ μάλιστα. ἡ γὰρ Ὀδυσσέα προεστησαμένη ὑπόθεσιν τοῦ βιβλίου, πολλά τε ῥητά τε καὶ ἄῤῥητα, τῇ ποιητικῇ διέξεισιν ἐξουσίᾳ. καὶ τούτοις, οἷς μὲν καὶ φανερῶς καθισάμενος τὰ κάλλιστα παραινεῖν καὶ ἄγειν βούλεται τὸν σκοπὸν κατεργάζεται· οἷς δὲ καὶ κύκλῳ περιιὼν, καὶ ἄλλοις δηλαδὴ καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν εἰς τοῦτο δαιμονίας ἀποτελευτῶν. ἐκεῖνο διδάσκειν μονονουχὶ βουλόμενος, ὡς ἔστιν ἄρα τι κερδαίνειν καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων ἢ αἰσχρῶν ἢ λυπηρῶν, ὅποι παρείκοι, εἰ μετ' ἐξουσίας καὶ λογισμῶν ἀπαντῶμεν τοῖς τῶν κακῶν ἀβουλήτοις. Ὃ δὴ καὶ δῆλον ἔσται αὐτίκα τοῖς ἐφεξῆς ὑποτεταγμένοις.

ΚΕΦ. Α'.

ΠΕΡΙ ΛΩΤΟΦΑΓΩΝ.

Λέγεται τῇ ποιήσει, τοιοῦτό τι παθεῖν τὸν Ὀδυσσέα πλανώμενον. Ἀνέμοις αὐτὸν ἐξωσθέντα βιαίοις, τῆς Λωτοφάγων γῆς ἐπιβῆναι. Καὶ τὴν

tet adolescentes præ ipsis fabulis, sapienter modo & modestè agere velint, & meliori fortunæ conciliari. Verum sicubi hoc magnus inter mortales heros in scriptis suis præstitit, utique in Odysseâ maxime. Nam cum Ulyxem argumentum operis constituisset, multa fando tam comperta quam inaudita, facultate poëticâ exsequitur. & in his, nunc apertè ad pulcherrima quæque hortari intendens, ad scopum suum ex animi senten tia pervenit: nunc per ambages atque circuitus, diversisque verbis atque inventis hanc consequitur felicitatem. Illud tantum non significare cupiens, licere aliquid lucrari, qua par fuerit, etiam ex his, quæ fœda videantur & tristia, dummodo convenienti libertate ac prudentiâ obviam iverimus casibus repentinis; quod illico satis liquebit per hæc quæ deinceps subjicientur.

C A P. I.

DE LOTOPHAGIS.

Tradit poësis, hujusmodi quid Ulyxi omnia circumerranti accidisse. Ventis eum validis ad Lotophagos delatum,

τὴν φύσιν ἀγνοοῦντα τῆς χώρας, τινάς τε τῶν ἑταίρων πεπομφέναι, περὶ αὐτῆς πευσομένους, συμμίξαι τοῖς Λωτοφάγοις. παρ' ὧν καὶ εἰληφότας ἐκ τοῦ παρ' ἐκείνοις φυομένου λωτοῦ, φαγεῖν αὐτίκα, καὶ εἰς πεῖραν ἰέναι τοῦ μελιηδοῦς τούτου καρποῦ. Ἐφεξῆς δὲ καὶ μένειν αἱρεῖσθαι παρὰ τοῖς Λωτοφάγοις· Ὀδυσσέα δὲ καὶ πατρίδα, πάντα τῆς ἡδονῆς ἐλάττω λογίζεσθαι. Τὸν δὲ μεμαθηκότα τὴν συμφορὰν, τῆς νέως ἐξιέναι, καὶ ἀπιόντα, βιαίως ἐκείνους ἐπὶ τὰς ναῦς συνελάσαι, κλαίοντας τῇ στερήσει τῆς ἡδονῆς. εἶτα ὑπὸ τοῖς ζυγοῖς τῶν νεῶν, ἀσφαλῶς μάλιστα καταδῆσαι, κελεῦσαί τε τοὺς ἄλλους ἐπιβαίνειν ἑκόντας, μὴ ταῦτα πάθοιεν. Καὶ ὁ μὲν μῦθος τοιαῦτα. Ἐγὼ δὲ τὸν Ὀδυσσέα πάντα ἄνθρωπον ἐν τῷ παρόντι πλανώμενον, θείην ἂν δικαίως. ὃς νῦν μὲν τοῖσδε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς ἀντιπνοίαις τῆς τύχης καὶ τῶν πραγμάτων, νῦν δὲ τοῖσδε καὶ τούσδ' ἁπλῶς ἢ τούσδε τοὺς λογισμοὺς καὶ τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς, περιέχεται ἀπολύτως οἷς ἂν τύχοι συμμίγνυσθαι· οἱ καὶ τῆς γλυκείας ἡδονῆς καὶ τῶν ἀπατηλῶν τρόπων ἀπολελαυκότες, οὐκ ἀναστρέφειν τὸ

μὲν

in eorum terram exſcendiſſe. Ignarum vero, cujus ingenii ea regio eſſet, miſiſſe aliquorſum e ſociis qui obvios percunctarentur: illos ſe miſcuiſſe Lotophagis, a quibus accepto apud ipſos naſcentis loti fructu, veſci non dubitaſſe, hujusque melleæ ſuavitatis guſtu percepto, conſidere in Lotophagis optimum duxiſſe; Ulyſſe, patriâ, & omnibus voluptati poſthabitis. Ipſum vero clade hac cognitâ, e navi ad ipſos progreſſum, vi ad claſſem redegiſſe flentes ſe voluptate tanta privatos. Dein tranſtris navium firmis eos vinculis adſtrinxiſſe, cæteris juſſis ſponte conſcendere, ne quid horum & ipſis eveniret. Et fabula quidem hæc fere habet. Ego autem ſi Ulyxem fecerim quemlibet mortalium, præſentis vitæ jactatum erroribus, non peccaverim, credo. qui modo his modo illis paſſionibus, fortunæque & rerum ſuarum adverſis flabris provectus, amiſſas temere alias atque alias cogitationes motusque & appetitiones animi effundit in liberum curſum, & obviis quibuscunque commiſceri atque adhærere ſinit. Qui jam contacti dulcedine voluptatis captique inſidioſorum morum illecebris, non revertendum eſſe poſt id temporis ad intellectum moderatorem, nec ad alia quibus teneri

μετὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ἡγεμόνα νοῦν, οὐδὲ ἐπὶ τὰ σύντροφα τῆς ψυχῆς ἤθη περιήρηνται, οὐδέ γε τοῦ κρατοῦντος ἐπιστρέφονται νόμου, οὐδὲ μέν τοι διαίτης καὶ πολιτείας ἀρίστης ᾗ συνηυξήθησαν· ἀλλὰ πρὸς τὴν νόθον ταύτην τῆς φύσεως τροφὴν ἐκπλαγέντες, τῶν ἀρίστων ἁπάντων ἐπιλανθάνονται. Ὁ μέντοι λόγος τῆς φύσεως, ᾧ τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος σωφρόνως διῄρηται, οὐδαμῶς ἀνεχόμενος τὸ σφέτερον ἀξίωμα ὑπὸ τῆς φαύλης καὶ ἀλήθους ἡδονῆς παρευδοκιμεῖσθαι, θᾶττον ἐφίσταται, καὶ σφοδρότερον ἐπιπλήττει, εἴγε καὶ ὀδυσσέα δραστικός τις εἴη καὶ ἐναγώνιος, καὶ καθέλκει βιαίως ἐπὶ τὰς οὐκ ἀήθεις νομάς, καὶ τῶν ἀπατηλῶν ἔργων ὥσπερ ἐκεῖνος τῶν λωτοφάγων ἀφίστησι. συνδεῖ τε καὶ συνέχει λόγοις αὐστηροτέροις, καὶ ἀπροσίτους ἔτι πρὸς τὰ φαῦλα ἐργάζεται. καὶ τὰ μὲν παθόντα τῆς ψυχῆς μέρη οὕτω καλῶς διατίθησι· τὰ δ' οὔπω παθόντα, καταφράττει ὁμοίως, καὶ ἀσφαλίζεται, καὶ τῆς διαφθειρούσης μετανίστησιν ἡδονῆς, ὥσπερ ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους.

ΚΕΦ.

teneri adſveverant, cenſent: neque ulla legum, vitæque ac civitatis inſtitutorum, in quibus ipſi educti fuerant, quamlibet optimorum, reverentia moventur: ſed adulterino hoc naturæ alimento capti, & totis mentibus percuſſi, honeſtiſſimæ cujusque rei obliviſcuntur. Attamen ratio, qua inſtructa eſt natura noſtra, cujus beneficio melius a deteriore ſobrie ſcimus diſcernere, nequaquam ferens amplitudinem & dignitatem ſuam ſubmitti obſcænæ ſubdolæque voluptati, continuo adſiſtit, vehementiusque caſtigat, utique ſi, quemadmodum Ulyxes, gnava fuerit alacrisque & ſtrenua, valideque retrahit, ad ea, quibus ſibi aſſignatis quilibet adſveverunt: aque rebus & operibus fallaci dulcedine decipientibus, ut Ulyſſes a Lotophagis divellit. alligat quoque & continet verbis triſtioribus, & in poſterum turpibus inacceſſos præſtat. Et affectas quidem animi partes ita in meliorem ſtatum redigit: ſanas autem & adhuc intactas ita munit & circumvallat, & a corruptrice voluptate traducit, ut Ulyſſes amicos.

ΚΕΦ. Β′

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΦΗΜΟΥ τοῦ Κύκλωπος.

Φασί τινα καὶ τοιοῦτον ἆθλον ὑποστῆναι τὸν ὀδυσσέα πλανώμενον. Τῆς γὰρ τῶν κυκλώπων γῆς ἐπιβάντα· καὶ τὴν φύσιν ἐξιόντα κατοπτεῦσαι τῆς χώρας, ἄντρον ἐπ᾽ ἐσχατιᾶς αὐτοῦ τινος ἰδεῖν, καὶ μῆλα πολλὰ καὶ αἶγας αὐλιζομένας· καὶ ἄνδρα δ᾽ ἐπαγρυπνοῦντα ἐκεῖσε, ἀμήχανόν τινα τὸ εἶδος καὶ τὴν ἀλκήν· καὶ μόνον τῶν ἄλλων κυκλώπων χωρὶς διαιτώμενον δι᾽ ἀγριότητα τρόπου. Ἔνθα παραγινόμενον μετὰ τῶν ἀρίστων εἰσιέναι σπουδῇ. οὐχ εὑρεῖν δὲ τὸν κύκλωπα περὶ νομὴν ἐξιόντα. μετὰ δὲ πάντα εὑρεῖν καὶ θέασθαι ἀνὰ τὸ ἄντρον, τυρῶν καὶ ξηρῶν, καὶ ἐρίφων. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους αὐτὸν ἱκετεύειν ἔχειν τῶν παρόντων εἰληφότας, εἰς τοὐπίσω ἰέναι. τὸν δ᾽ οὐκ ἐθέλειν, ἀλλὰ περιμένειν τὸν κύκλωπα, λαβεῖν τι καὶ ξένιον. εἶτα κἀκεῖνον ἐληλυθέναι, καὶ εἰσιδόντα ξένους τινὰς καὶ ἀήθεις ἄν-

δρας

CAP. II.

DE CYCLOPE POLYPHEMO.

Ferunt & iſtiusmodi conflictum peregrinantem Ulyxem ſuſtinuiſſe. Facta exſcenſione in terram Cyclopum, cum abiret longius, ad viſendum ſoli habitum, in ora extrema antrum eum conſpicatum eſſe, oviumque & caprarum illic ſtabulantium greges. Excubare autem eo in loco ſolitum, virum robore corporis & ſpecie immanem: qui quod moribus eſſet agreſtibus ac feris, ſecretam a reliquis Cyclopibus vitam ageret. Huc Ulyſſem cum lecta ſociorum manu accedentem, antrum ſubire haud cunctatum; verum non offendiſſe domi Cyclopem, paſcendis pecoribus egreſsum. Tandem vero in antro inveniſſe caſeorum, agnorum hædorumque copiam, indeque aliquid delibaſse. Et alios quidem precibus eum ſollicitaſſe, ut ex præſentibus ſibi conſulentes retro ſe reciperent; ipſum hoc renuentem, Cyclopem præſtolari maluiſse, ſi quod forte munus hoſpitale ab ipſo acciperet. inter hæc veniſse illum, & homines peregrinos & in-

δρας θαυμάσαι. καὶ πρῶτα μὲν οἵ τινες εἶεν ἐρέσθαι. εἶτ' ἀπιῶς σὺν δύο λαβόντα, φαγεῖν. Καὶ εἰς τὴν ἑξῆς, αὖθις σύνδυο. πρὸς ταῦτα τὸν ὀδυσσέα βουλεύσασθαι, κακόν τι δρᾶσαι τὸν κύκλωπα, μὴ τῷ τρόπῳ τούτῳ πάντας ὀλέσειεν. ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀπὸ τῆς νομῆς ἐληλυθότα τὸν ἀνδροφάγον, ἀνακαλύψαι τὸ ἄντρον, καὶ σύνδυο λαβόντα, φαγεῖν. Πιεῖν δὲ καὶ τοῦ οἴνου, ὃν ὀδυσσεὺς αὐτῷ δέδωκε κομιζόμενος. οὐκοῦν καὶ μεθυσθέντα διαπετάσθαι· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, μοχλῷ τινὶ ἐξ ἐλαίας ἐκπυρωθέντι διαπεροιηθῆναι πρὸς τοῦ ὀδυσσέως τὸν ὀφθαλμόν· συναραμένων καὶ τῶν ἑταίρων. εἶτα αὐτοὺς ἐκεῖθεν ἐξιέναι ὑποδύντας τὰ μῆλα μηχανῇ τινὶ θαυμασίᾳ. Καὶ τὰ μὲν τοῦ μύθου, τοιαῦτα. Ἐγὼ δ' εἰ μὴ τῷ ὅλῳ, τῷ γοῦν πλείστῳ μέρει τούτου συντίθεμαι. ὅμως μέντοι, ὀδυσσέα εἶναι ὑπολογίζομαι, πάντ' ἄνθρωπον φιλοκερδῆ τε καὶ πολυπράγμονα· ὃς τοῦ δικαίου καὶ σώφρονος τρόπου ἐκπλανηθεὶς, εἰς ἄγριά τινα καὶ ἀπανθρώπινα ἤθη ἐκφέρεται. ἔνθα δὴ καὶ πονηρός τις, καὶ ἀναιδέ-

ςατος

ſvetos cum admiratione ſpectaſse; ac primum, quinam mortales eſsent, quæſiviſſe; mox binos crudelem in modum correptos devoraſse: poſteroque die, rurſum binos. Ad ea Ulyxem conſilium cepiſse, Cyclopem malo afficiendi, ne ſic omnes conſumeret. at vero rurſum hoc monſtrum humanis carnibus paſci ſuetum, regreſſum e ſylvis recluſo antro binos comprehenſos exediſſe. Vino etiam ſe proluiſſe, quod allatum Ulyſſes propinaverat; ac demum ebrietate grave, late fuſum procubuiſſe. Hoc animadverſo, vecte oleagino igne durato, ab Ulyſſe adſcitis ſociis, oculum ei, quem ſingularem habebat, exterebratum eſſe. Quo facto, foras ipſos, mirifica arte villis ovium ſub ventribus adhærentes, ſe proripuiſſe. Et iſthæc fere fabula. Ego autem, ſi non in totum, maximam certe partem his ut veris accedo. Nihilominus tamen Ulyſſem ſuſpicor eſſe hominem lucri pariter, & multarum rerum nihil ad ſe pertinentium cupidum: qui a vita juſta frugalique & modeſta evagatus, in mores feros & inhumanos auferatur. Illic malignus quidam, planeque impudens genius habitat, naturæ hominum inimicus; qui diffidentes a

ϛατος δαίμων οἰκεῖ, καὶ τῇ φύσει πολέμιος. ὃς τρέφει μὲν ἄλογα πάθη, καὶ ἀεὶ τὸ μέρους ὑπ' αὐτῶν τρέφεται, λυμαινόμενος ἐπιβούλως τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει. Τὸν δὴ τοιοῦτον, πίστευ πάντως ὁ κατὰ τὸν ὀδυσσέα συνετῶς ἀναλήψας, καὶ ἰδὼν οὐ κακοῦ δι' ἀφροσύνην ἐστί. Τίσεται δὲ, δι' ἐναντίας τῆς ἕξεως, ἐλευθερίαν καὶ ἀπραγμοσύνην ἐπιτηδεύσας. εἶτα κἀκεῖθεν ἐξελεύσεται ἀπήμων. αὐτὸς μὲν χαίρων· ἅτε μετὰ τῶν συντρόφων ἠθῶν ἀποκαταστάς. τὸν δὲ νοητὸν κύκλωπα, στένειν ἀφεὶς ἐπὶ τῇ τυφλώσει τῆς πονηρίας.

ΚΕΦ. Γ'.

ΠΕΡΙ ΑΙΟΛΟΥ.

Λόγος τὸν ὀδυσσέα πλανώμενον, εἰς αἰολίδα νῆσον μετὰ τῶν ἑταίρων ἀφῖχθαι. ἔνθα δεινόν τινα καὶ κακότεχνον ἄνδρα οἰκεῖν, αἴολον τοὔνομα ὥσπερ δὴ καὶ τὸν τρόπον· φιλόξενον δ' ὅμως καὶ ἥμερον. τούτῳ παραγινόμενον ὀδυσσέα, πομπὴν ἐξαιτῆσαι καὶ νόστον ἐπὶ τὴν πατρίδα.

Τὸν

recta ratione passiones morbosque animi alit, partim etiam ipse ab illis semper alitur, insidioseque animi statum labefactat. Hunc talem ulciscetur probe, qui cum Ulysse ad se redire laborans & resipiscere, adverterit quo per stultitiam suam malo teneatur. Ulciscetur autem, qui verso in contraria mentis affectu, libertatem sectatus, resque alienas nihil moratus fuerit. Sic etiam illinc evadet incolumis, ipse quidem gaudens, utpote iis restitutus moribus, quibus a teneris innutritus fuerat: Cyclopem vero, quem hac ratione intelligimus, ob excæcatam malitiam longum gemere ac plorare sinet.

CAP. III.

DE ÆOLO.

Est etiam fama, Ulyxem errando in Æoliam insulam una cum sociis venisse. Illic mirum quendam, & maleficis deditum artibus virum habitasse, Æolum, id est, Varium nomine pariter ac vita; hospitalem tamen ac comem mansvetumque. Ad hunc adeuntem Ulyxem, commeatum & reductionem in patriam rogasse: illum annuen-

Τὸν δὲ, κατασκευάσαντα, βοῦν ἐκδεῖραι, καὶ τὸ δέρμα τῷ ὀδυσσεῖ παραχεῖν· ἔνθα δαιμονίᾳ τινὶ τέχνῃ, τὰς μὲν ἄλλας τῶν ἀνέμων πνοὰς καταπκλεῖσαι· μόνην δ' ἀφεῖναι τὴν ζεφύρου πνοὴν ἐλευθέραν, ἕως ἂν ὀδυσσεὺς ἀφίκηται μετὰ τῶν ἑταίρων. Καὶ δὴ ἐννῆμαρ ὑγρῷ πλέοντα πνεύματι, φαινομένην τὴν πατρίδα ἰδεῖν, καὶ τοὺς πυρπολοῦντας ἐγγὺς δήπουθεν ὄντας. Καμάτῳ δὲ καὶ ἀγρυπνίᾳ δεδαμασμένον τὸν ὀδυσσέα, ὡς μόνον ἀεὶ τὸ νεὼς πόδα κινοῦντα, ὕπνον ἑλεῖν. Τοὺς δ' ἑταίρους ἀνηθέντας χρυσόν τε καὶ ἄργυρον τὸν ἀσκὸν φέρειν τῷ ὀδυσσεῖ δῶρα αἰόλου, φθονῆσαι τῷ πλούτῳ, καὶ χεῖρας ἐπιβαλεῖν τῷ ἀσκῷ. Τοῦ δὲ λυθέντος, πάσας αὐτίκα τὰς τῶν ἀνέμων ἐξορμῆσαι πνοάς· καὶ θύελλαν ἑξῆς σφοδροτάτην ἁρπάσασαν τοὺς νηπίους, εἰς τὸν πόντον ἀπαγαγεῖν κλαίοντας. τότε δὴ καὶ τοῦ ὕπνου ἐξαναστῆναι τὸν ὀδυσσέα. καὶ τῷ τῆς λύπης κλύδωνι μᾶλλον ἢ τῆς θαλάσσης διαταραχθέντα, εἰς βυθὸν ἐκπεσεῖν βουλεύεσθαι. Τλῆναι δ' ὅμως καὶ τοῦτο δὴ δεινὸν, καὶ εἰς τὴν

nuentem, dereptum bovi corium Ulyxi dedifse, cui dæmonica ratione quadam reliquos ventorum ſpiritus incluſerat: ſoli Zephyro libero permiſerat flamine ferri, donec Ulyſses cum ſociis domum rediiſset. Hunc igitur ſecundo novem dierum vento navigaſse, donec aperientem ſe patriam, & lucentes e ſpeculis haud ita procul ignes notaret oculis. laboribus vero & vigiliis fractum Ulyxem, utpote qui ſolus navi pedem ſemper faceret, ſomnum oppreſſiſse. Socios interea ratos aurum argentumque utre iſto ferri dona Ulyſſi ab Æolo, invidiſſe has illi divitias, manusque culeo injeciſſe. Tum vero hoc ſoluto omnes ventorum ſe prorupiſse flatus, & rapientem ſic ſtolidos homines procellam violentiſſimam, lachrymantes retro in altum retuliſse. Ulyſsem tunc denique e ſomno experrectum, majorique ægritudinis inundatione quam maris percuſſum, ſecum agitaſse an præceps in profundum abiturus eſset. toleraſse tamen utcunque etiam hanc calamitatem, & in Æoliam revertiſse. Hæc ſunt fere, quæ fabula habet. Ego autem nunc quidem non dicam, totum hoc confictum ſit nec ne: dicam tamen id quod præcipue poëſin ſpectare arbitror.

 Cum

αἰολίδα πάλιν ἀφῖχθαι. Καὶ τὰ μὲν τοῦ μύθου τοιαῦτα. ἐγὼ δ᾽ εἰ μὴ καὶ τὸ ὅλον πέπλασται, νῦν μὴ οὐ λέγω. λέγω δ᾽ ὅμως, ὃ πλέον οἶμαι τὴν ποίησιν βούλεσθαι. ὀδυσσεύς ἐστιν ἄντικρυς, ὁ πραγμάτων δήπιων ταλαιπωρίαις συνεχόμενος, καὶ πλάνην τινὰ οὖν κατὰ τὸ παρὸν ὑφιστάμενος. ὃς λύσιν μὴ εὑρεῖν τοῦ κακοῦ μηχανᾶται· οὐχ ὡς μέντοι καὶ προσῆκεν εὐσεβεῖν ἀνδρὶ βουλομένῳ· ἀλλὰ γόησιν ἀνθρώποις καὶ φαρμακοῖς ἑαυτὸν ἀναθέμενος, καὶ περιθρείαις καὶ ἐπῳδαῖς ἐπιθαῤῥῶν τὰ δυσχερῆ διακρούσασθαι. Τὸν δὴ τοιοῦτον, οὐδ᾽ ἡ ποίησις αὐτεῖν ταῖς κακοτεχνίαις ἐκδίδωσι· σφάλλεσθαι δὲ τὰ μάλιστα τῶν ἐλπίδων, καὶ γέλωτα προσοφλισκάνειν οὔτι μέτριον· καὶ μὴ ὅτι τοῦτο τὰ τοῦ μύθου βούλεται, ἀλλὰ κἀκεῖνο σφαλερὸν μάλα νομίζει, καὶ τοῦ παντὸς ἀγῶνος ἀποτυχίαν ἐξεργαζόμενον, τὸ περὶ τὰ τέλη καταῤῥαθυμεῖν· οἷον ὀδυσσεὺς πέπονθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ βασκαίνειν ἀλλοτρίαις εὐδαιμονίαις. καὶ τὸ παρὰ ταῦτα συλᾶν τὰ ἀλλότρια. καὶ λογισμοῖς καὶ ὑπονοίαις πιστεύειν, ὥσπερ καὶ οἱ τοῦ ὀδυσσέως ἑταῖροι, κακῶν τίθησι πρόξενον τῶν ἐσχάτων.

ΚΕΦ.

Cum Ulyxe hic comparatur, quisquis implicitus rerum adverſis eventibus, errore quopiam in præſens ablatum ſe intelligit: qui laborat equidem mali exitum invenire, verum non ita ut decet virum pie caſteque agere volentem: ſed præſtigiatoribus ac veneficis ſe devovendo; eorumque defixionibus & incantamentis confidit ſe moleſta depulſurum. Hunc hominem ne poëſis quidem malis ſuis artibus quicquam proficere ediſſerit: ſed ſpe omni maximo opere fruſtrari, riſumque aliis debere non mediocrem. Neque hæc tantum ſignificata vult fabula hæcce, ſed & illud anceps plane ac lubricum arbitratur, quodque in omni laborum & periculorum alea ſpes irritas & eventus adverſos efficiat, in extremo, & ſub finem lente ſecureque agere. quale quid Ulyxi accidit. Quinetiam alienam felicitatem limis adſpicere oculis: aut etiam prædam ex bonis aliorum captare: ſuis denique cogitatis & ſuſpicionibus indulgere, quod Ulyxis fecere ſocii: hæc ultima ſæpe mala conciliant mortalibus.

ΚΕΦ. Δ'.

ΠΕΡΙ ΛΑΙΣΤΡΥΓΟΝΩΝ.

Οὐδὲ τὰ περὶ τῶν λαιστρυγόνων συμπεσόντα τῷ ὀδυσσεῖ, γένοιτ' ἂν ἀκερδῆ τοῖς ἀκούουσιν. Λέγεται γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἑταίρων πλανώμενον, Λάμου τοῦ βασιλέως τῶν λαιστρυγόνων τὴν χώραν κατειληφέναι. ἔνθα λιμένα τινὰ θαυμάσιον πεφυκέναι, στενήν τε τὴν εἴσοδον καὶ μάλα γε ἐπιτήδειον, ναῦς καταγομένας εἰσδέξασθαι καὶ φυλάξαι· ἔνθα τοὺς μὲν ἄλλους ἑταίρους μετὰ τῶν νέων, ἔνδον εἰσβῆναι, μηδὲν κακὸν ὑπολογισαμένους. μόνον δ' ὀδυσσέα τὴν ναῦν ἔξω σχεῖν ἐκ πέτρας τινὸς τὰ πείσματα δήσαντα. εἶτα τρεῖς τινας πέμψαι, οἵτινες εἶεν ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ πευσομένους. Τοὺς δὲ, διὰ λείας τινὸς ἰόντας, εἴς τινα μεγάλην πόλιν ἀφῖχθαι, τοσοῦτον ὑψηλὰς ἔχουσαν τὰς πύλας, ὥστε τὸν εἰσελαύνοντα ποιμένα, τοῦ ἐξελαύνοντος ῥαδίως ἀκούειν. Κἀντεῦθεν εἰς τὰ τοῦ βασιλέως ἐληλυθέναι δώματα, καὶ τὴν βασιλίδα εὑρεῖν, ὄρει προσεοικυῖαν τὸ μέγεθος· ἣν δὴ καὶ καταστυγεῖν τοὺς αἰόντας οὕτως ἔχουσαν

ἀηδῶς

C A P. IV.

DE LÆSTRYGONIBUS.

Sed neque ea quæ a Læſtrygonibus Ulyxi evenerunt, nullam frugem adferunt audientibus. Dicitur enim, ipſum una cum ſociis peregrinantem, Lami Læſtrygonum Regis terram tenuiſſe. Illic præſtante viſu fuiſſe portum, aditu anguſto, ad recipiendas & tuendas naves quæ applicarentur, perquam opportunum. Huc cæteros quidem comites cum navibus intro ſubiiſſe, nihil mali ſuſpicatos: ſolum Ulixem extra portum navem ſuam detinuiſſe, ad ſcopulum quendam funibus revinctam. Hinc tres ſuorum miſiſſe, ſciſcitatum qui homines illis oris incolerent. hos autem via plana & facili magnam in urbem deveniſſe, altas adeo habentem portas, ut opilio in urbem agens pecora, educentem facile audiret. Inde in regiam progreſſos, Reginam inveniſſe, vaſta corporis mole monti parem: quam adeo inſuavem adſpectu, odioſe averſatos eſſe ſtolidos iſtos. Hanc ira incenſam, virum acciviſſe e foro, illumque



ἀηδῶς προσβλέποντας· τὴν δὲ χολωθεῖσαν, τὸν ἄνδρα καλεῖν ἐκ τῆς ἀγορᾶς. κἀκεῖνον ἰόντα, ἕνα τῶν ἑταίρων ἁρπάσαντα, κατεδηδοκέναι· τῶν δ' ἄλλων φυγόντων, τὸν βασιλέα βοῆσαι· καὶ ἄλλον ἄλλοθεν τοὺς λαιστρυγόνας φοιτήσαντας, χερμαδίοις λίθοις βάλλειν τὰς ναῦς. καὶ τὰς μὲν καταγνύναι· τοὺς δ' ἄνδρας ἐσθίειν ὥς τινας ἰχθῦς περιπείροντας. ἐν τούτῳ δ' ἐκτεμόντα τὸν ὀδυσσέα τὰ πείσματα, καὶ τοῖς ἑταίροις διακελευσάμενον ἐμβάλλειν ταῖς κώπαις, μόνον τῶν ἄλλων τὸν κίνδυνον ἐκφυγεῖν. καὶ ἀλγεῖν μὲν τῷ τοὺς ἄλλους ἀπολωλέναι· χαίρειν δ' ὅμως ὅτι περ αὐτὸς σέσωσται· καὶ ἃ μὲν φησὶν ἡ ποίησις, ταῦτα. ἔτι δὲ κἀνθάδε ὑπολαμβάνειν, ὀδυσσέα. μὲν εἶναι, πάντ' ἄνθρωπον γνώμης αὐτονομίᾳ πολιτευόμενον, καὶ νόμων καὶ πολιτείας ὥς τινος πατρίδος ἀποφοιτήσαντα. ὃς ἀλλοτρίοις ἤθεσι τοῦ καλοῦ πλανώμενος, καὶ ὡς ἐν λιμένι τινὶ τῇ πονηρίᾳ προσορμιζόμενος, σφαλερῶς μάλα διαναπαύεται, ἀφ' ἧς ὡς ὁρμητηρίου τινὸς παρεξιὼν, καταγωγάς τε καὶ καταδύσεις, καὶ πόλεις ὀχυράς τε καὶ δυσαλώτους, τῶν μοχθηρῶν τρόπων ὡς ἄλλων γέ τινων λαιστρυγόνων περιεργάζεται. ἐξ ὧν τῷ πλείστῳ κτείνεται μέρει καὶ θανατοῦται· ὀψὲ δ' ἀνενέγκων, καὶ

νοῦν

adventientem, unum e ſociis comprehenſum deglutiviſſe. cæteris fugientibus, Regem ſuſtuliſſe clamorem: ad quem Læſtrygones unde ſua quemque ferebat via concurrentes navigia ingentibus ſaxis impetiiſſe. & has quidem fregiſſe: homines autem piſcium more confixos abſumſiſſe. Tum vero Ulyſſem abſciſis confeſtim retinaculis, juſſisque ſodalibus in remos incumbere, ſolum e dominis navium evaſiſſe; mœſtum equidem pernicie cæterorum: gaudentem tamen, quod ipſe ſalvus abiret. Quæ poëſis dicit, hæc ſunt. Etiam hic exiſtimemus licet, Ulixem eſse quemlibet mortalem, ſuo arbitratu ſuisque legibus viventem, ab jure & inſtitutis ſuæ civitatis velut patria quadam digreſsum. Qui per alienas ſedes atque rationes vivendi deflectens a recto, & velut in portu quodam malitiæ applicitus, in periculoſam ſe ignaviam remittit, unde, velut e ſtatione navium, procedens, luſtra, ſpecus, urbesque malorum morum munitas & expugnatu difficiles velut alios quosdam Læſtrygonas, curioſus ſcrutator perambulat. Ita fit, ut maxima ſui parte neci exitioque detur. Tandem vero ad ſe redire incipiens

νῦν λαβὼν ἔμφρονα πῆ ποτέ ἐστι τοῦ κακοῦ, καὶ οἷς προσειστοιχίζεται πλώμασι, τὰ συνέχοντα τῆς κακίας ἐκτέμνει πείσματα, καὶ τὸν κίνδυνον διαφεύγει, θρηνῶν μὲν τὴν ἀπολωλυῖαν τῶν ἠθῶν κατάστασιν· χαίρων δ' αὖθις, ὅτι πέρ τινι σέσωσται μέρει, καὶ μὴ τὸ ὅλον διέφθαρται. οἶμαι δὲ καὶ τοῦτο τὴν ποίησιν ὑπαινίττεσθαι, παιδεύουσαν τοὺς ἀνθρώπους, μὴ προσκρούειν τοῖς κρείττοσι, μηδὲ ῥήμασιν αἰσχροῖς βάλλειν. ὥσπερ τὴν βασιλίδα τῶν λαιστρυγόνων. καὶ τοῦτο γὰρ οὐ μετρίας γίνεται συμφορᾶς πρόξενον τοῖς ἀνθρώποις.

ΚΕΦ. Ε'.

ΠΕΡΙ ΚΙΡΚΗΣ.

Ποιητικός τις εἰς ἡμᾶς ἥκει λόγος, τὸν Ὀδυσσέα πλανώμενον, ἐπὶ τὴν Αἰαίαν νῆσον καταχθῆναι τῆς Κίρκης. εἶθα τῶν ἑταίρων οὐκ ὀλίγους διαπεμψάμενον, οἵτινες οἰκοῦσι τὴν χώραν πυθέσθαι. οὐ γάρ τοι προὐφαίνετο πόλις, ἤ τι τῶν τῆς πόλεως σύμβολον, πλὴν ἑνὸς τοὺς πάντας εἰς σύας μεταβαλέσθαι ταῖς τῆς Κίρκης κακοτεχνίαις. τὸν δὲ αὐτίκα

ὁπλί-

piens, & paulo jam ſanior, advertensque animum quo usque mali devenerit, & quibus claudatur præcipitiis, reſciſſis funibus vitiorum vitat hoc diſcrimen: mœrens equidem & plangens periiſse ſibi rectum vitæ morumque ſtatum: lætus tamen aliqua ſe ſui parte ſervatum, nec penitus corruptum eſse. Amplius hoc etiam poëſin arbitor ſubinnuere, ut diſcant mortales potentioribus non incurſare, neve conviciis eos laceſsere; ſicut iſti Reginam Læſtrygonum: nam & hoc non mediocria ſæpe mala hominibus conciliat.

CAP. V.

DE CIRCE.

Præter hæc poëtis traditum accepimus, Ulixem inter tot errores, in Ææam Circes inſulam delatum eſſe; ibique ſociorum non paucos miſiſſe, quinam ea haberent loca exploratum. (non enim oppidum apparuit, aut ullum oppidi ſignum) illos omnes, uno tantum excepto, in ſues Circæ veneficiis mutatos. Ipſum re cognita, ſumtis armis ad

ὁπλίσασθαι μεμαθηκότα, καὶ εἰς τὰ τῆς κίρκης ἴδια δώματα, ἑρμῆ συναντῆσαι, καὶ τὸ παρ' ἐκείνου λαβεῖν φάρμακον, ὧν ἡ κακότεχνος γυνὴ μηχανᾶται ἀντίπαλον. ἐκεῖσε δ' ἀπιόντα, κἀκείνῃ συμμίξαντα, καὶ δὴ καὶ τοῦ κυκεῶνος πιόντα κατὰ τοὺς ἑταίρους, μηδὲν παθεῖν ὧν παθεῖν ἔδει διὰ τὴν φύσιν τοῦ πόματος. προσαναγκάσαι δ' ἐκείνην καὶ τὸ εἶδος ἀποδοῦναι τοῖς φίλοις· καὶ πολλὰ τοὐντεῦθεν φιλοφρονηθέντα ἱκανῶς μάλιστα, καὶ χρησμοὺς εἰληφότα καὶ δῶρα, ἐκεῖθεν ὑποχωρῆσαι. καὶ ἃ μὲν ἡ ποίησις ταῦτα· ἡμεῖς δὲ περιεργότερον ἐνδύντες τῇ διανοίᾳ τοῦ ποιητοῦ, ὀδυσσέα μὲν οἰόμεθα εἶναι, τὸν ἡγεμόνα νοῦν τῆς ψυχῆς. ἑταίρους δὲ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὰς συμφύτους δυνάμεις. αἰαίαν δὲ νῆσον, τὴν θρηνώδη καὶ πολύδακρυν τοῦ κακοῦ χώραν. Κίρκην δὲ καταγοητεύουσαν καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοιοῦσαν τοῦ λογιστικοῦ ἀξιώματος, τὴν φαύλην καὶ ἀλόγιστον ἡδονήν. πρὸς ἣν ἄνευ νοῦ τοῦ ἡγεμονεύοντος, οἷον τῆς ψυχῆς λογισμοὶ καὶ αἱ φυσικαὶ κινήσεις ἀτάκτως ἀπολυόμεναι, εἰς τὴν ἄλογον καὶ μοχθηρὰν ἐξαλλάττονται φύσιν κατακληθεῖσαι.

ædes Circæ pergentem occuriſſe Mercurio, & ab eo accepiſſe amuletum, quod molitionibus peſſimæ mulierculæ reſiſteret. Illuc venientem, & cum ipſa congreſſum, bibiſſe e poculo illo medicato, quemadmodum antea ſocii biberant; ceterum vim naturalem veneni nihil eum ſenſiſſe: ipſam vero adegiſſe minis, ut ſpeciei priſtinæ reſtitueret amicos. acceptumque ibidem multis modis prorſus comiter & benigne, monitus etiam divinos edoctum, & donis auctum, inde diſceſſiſſe. Et hæc quidem poëſis. Nos vero curioſius rimati mentem poëtæ, Ulyxem exiſtimamus eſſe intellectum animæ ducem: ſocios, mentis agitationes & congenitas vires atque facultates; *Ææam* vero inſulam, triſtem atque lacrymoſam vitiorum ſedem: Circem præſtigiatricem, ſpecies pervertentem, quibus natura rationalis honoratur, turpem & cæcam dicimus eſſe voluptatem; in quam judicia animi deſtituta moderamine intellectus, motusque naturales temere & effuſe ſoluti, irrationali & projecta ad fœdas ſordes natura, ſimulac deliciis permulſi captique fuerint, commutantur. A quibus intellectus ope facultatis extra paſſionem poſitæ reſi-

 piſcens,

σαι. ὧν αὖθις ὁ νοῦς ὑπὸ δυνάμεως ἀπαθοῦς ἀνανήψας, καὶ ὑπομνησθεὶς οἷα πεπόνθασι, καὶ θυμοῦ τε ὁμοῦ καθοπλισθεὶς ἔμφρονι καὶ κριτικῷ λόγῳ κακίας καὶ ἀρετῆς, ὃς δὴ καὶ τἀναντία τῆς κηλησάσης ἐξευρίσκει φάρμακα, στρατεύεται κατ' αὐτῆς, καὶ οὐχ ὅπως αὐτὸς τοῖς δεινοῖς φαρμάκοις τῆς ἡδονῆς οὐχ ἁλίσκεται, ἀλλὰ καὶ τὰς διαφθαρείσας δυνάμεις τῆς φύσεως, εἰς τὸ οἰκεῖον ἀποκαθίστησιν εἶδος, κἀκεῖθεν ἄπεισι κερδάνας ἢ καὶ παρ' ἐκείνης μεθ' ὧν ἐζημίωται. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς κακίας ἀναλαμβανόμενοι, κερδαίνουσι τόγε πρὸς αὐτὴν ἔχειν μετὰ τὴν ἀλλαγὴν, ἐπιστημόνως διαγωνίζεσθαι· καὶ τῇ πρόσθεν ἤδη, μείζονι προφάσει χρῆσθαι πρὸς τὴν ἀρετήν.

ΚΕΦ. ς'.

ΠΕΡΙ ΚΙΜΜΕΡΙΩΝ.

Ἥκειν εἰς ᾅδου χρησαμένης τῆς Κίρκης τὸν Ὀδυσσέα φασὶ πλανώμενον. ἥκειν δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. ἐκ τῆς Αἰαίας νήσου τὰ ἱστία πετάσαντα, οὔρῳ ἀνέμῳ εἰς τὰ τοῦ Ὠκεανοῦ πατμέειον ἀφικέσθαι πέρατα. ἔνθα δῆμον εἶναι τῶν Κιμμερίων, καὶ πόλιν

ζόφῳ

piſcens, & memor quid iſtis evenerit, pariterque armatus impetu animi provido ſibique conſtante, ac ratione vitii virtutisque arbitra, quæ idonea invenit amoleta adverſum venena illecebroſæ voluptatis, fortiter hanc oppugnare incipit: nec ſolum ipſe triſtiſſimis hujus veneficiis non capitur, ſed & naturæ vires corruptas in nativum reſtituit habitum; nec abit niſi lucratus aliquid ab ipſa, ſuper ea quæ prius amiſerat. Nempe revocati etiam a vitiis ad meliorem frugem, hoc habent ſibi lucro, poſt reſtitutionem ſalutis, ut cum illis ipſis vitiis norint circumſpecte pugnare: adverſisque prælii prioris eventibus pro majoribus ad virtutem incitamentis utantur.

CAP. VI.

DE CIMMERIIS.

Ulixem, Circes reſponſa ſecutum, ad inferos veniſſe ferunt. Veniſſe autem hoc modo. Ex Ææa inſula datis velis, ſecundo unius integri diei vento confecta navigatione, ad Oceani terminos penetraſſe. Illic Cimmeriorum

ζόφῳ κεκαλυμμένην. οὐ γὰρ ἥλιον αὐτοὺς ποτε ἐφορᾷν, οὔτ' ἀνίσχοντα, οὔτε δυόμενον. τὴν μὲν οὖν ναῦν ἐκεῖσε ἀφικόμενον, προσορμίσαι. ἐξελέσθαι δὲ καὶ ἅπερ ἱερεῖα ἐκόμιζε. τὸ δὲ μετὰ τῶν ἑταίρων παρὰ τὸν ῥοῦν ἔρχεσθαι, ἕως ἂν ἀφίκοιτο οὗπερ αὐτῷ συμμίξαι τὸ πολύτροπον ὑπεσημήνατο γύναιον. ἔνθα γινόμενον, καὶ ἃ Φίλα τοῖς δαίμοσι πάντα πεποιηκότα, καὶ ἀναγαγόντα ἐξ ᾅδου τόν τε Τειρεσίαν καὶ τὰς τῶν συγγενῶν τε καὶ συνήθων ψυχάς· μαθόντα δὲ ἅπερ ἔδει παθεῖν ὕστερον, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ναῦν ἐπανεληλυθέναι. μήποτε αὐτοῦ βραδύνοντα, κακόν τι πράξῃ ἡ Περσεφόνη, τὴν τῆς γοργοῦς αὐτῷ ἐξαποστείλασα κεφαλήν. εἶτα ἀναβάντα, ἐπανήκειν εἰς τὴν Αἰαίαν, ὅποι ἡμέραν οἰκεῖν, καὶ ἀνατολὰς ἡλίου. καὶ τἆλλα δὴ τὰ τοῦ μύθου. ἐγὼ δὲ σχεδὸν τοῖς πᾶσι διαπιστῶν, τὸ ὅλον πρὸς διάνοιαν ἔχειν, οὐ Φαύλως ὑπολαμβάνω. καὶ ὀδυσσέα μὲν οἶμαι τὴν ποίησιν ὑπαινίττεσθαι πάντ' ἄνθρωπον, ἅπαξ ἡδονῇ καὶ Φαύλων ὀρέξει πραγμάτων προσδεδομένον. ἐξῆς οὐδὲν ἄλλο μαντεύεται, ὅτι μὴ πρὸς ᾅδην ἰέναι, τὴν παντελῆ

οὐ

esse populum, & urbem contectam tenebris; non enim videre illos solem, neque orientem neque occidentem. Huc igitur cum venisset, navem in portum appulisse: sumtisque, quas secum attulerat, victimis, una cum sociis propter flumen progressum, donec attigissent eum locum, ubi affuturos ipsi Manes versuta muliercula prædixerat. Capto hoc loco, quæque umbris grata erant, rite peractis omnibus, cum excivisset ab orco Tiresiam & cognatorum atque familiarium animas; & quæ in posterum fata ejus futura essent, satis esset edoctus, inde ad navim revertisse: ne forte illic hærenti diutius, Proserpina malum quippiam intentaret, emisso in illum Gorgonis capite. Postea igitur solvisse, ac in Ææam relegisse iter, ubi dies habitaret, & solis ortus conspicerentur. Quæque præter hæc præsenti fabula continentur. quibus ego pæne omnibus fidem derogans, totum hoc ad reconditum sensum pertinere, non temere conjicio. & per Ulixem arbitror poësin significatum velle quemvis hominem, semel voluptati pravarumque rerum cupidini proditum. Dein aliud nihil canit in his obscurius, nisi abi-

τοῦ καλοῦ τε καὶ συμφέροντος ἄγνοιαν, ἔνθα πονηρά τινα εἴδωλα καὶ σκαιοί τινες καὶ ἄγριοι δαίμονες κατοικοῦσιν. ὑφ' ἧς καὶ κατὰ μικρὸν ὑπαγόμενος τῷ γλυκεῖ ταύτης ῥεύματι· τὸ δὲ τῶν ἀπηλίων καὶ σκοτεινῶν τῆς κακίας ἔργων παρασυρόμενος, εἰς αὐτάγε φθάνει τὰ τῆς ἀπωλείας πέρατα. ἔνθα καὶ θύει πρᾶξιν, καὶ λόγον, καὶ διανόημα. καὶ πάντα τὰ τῆς ψυχῆς καταχαρίζεται μέρη. ἐξ ὧν κατείδωλος γίνεται, καὶ βέβηλος, καὶ ἀνόσιος· ζῶν μέντοι ὅμως, καὶ παρὰ τῇ φύσει κείμενον ἔχων τὸ δύνασθαι τοῦ σκότους ἐξαναδύναι. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ μετανοίας ἐκεῖθεν φυγῇ τινι χρήσαιτο, πρὶν ἡ δεινὴ μοῖρα τοῦ θανάτου χορηγῶς αὐτῷ τὸν θάνατον ἐπιστήσῃ, καὶ τῆς παρούσης ὑπεκστήσῃ ζωῆς· ἐπανήξειν ἀνανήψας ἐπὶ τὴν πρώτην τῆς ψυχῆς χώραν, ὅπου κρίσις τῆς διανοίας, καὶ τὸ τοῦ νοῦ φῶς ἀνατέλλει, καὶ λογισμοὶ περιχορεύουσι σώφρονες, εἰ δὲ ἐπιμένειε τῇ σκοτεινῇ ταύτῃ χώρᾳ, καὶ οὐδὲν ἐχούσῃ βιώσιμον· σπαράττεται τελέως τῇ πονηρίᾳ· καὶ μετὰ τῆς ζωῆς, τὸ τὴν ψυχὴν προσαπόλλυσιν.

ΚΕΦ.

abire ad orcum extremam honeſti atque utilis ignorantiam, ubi dira quædam ſimulacra, lævique & crudeles genii habitant. a qua ignorantia etiam circumactus parumper, velut dulce fluentum ejus ſecutus; & huc usque per obſcura ſolisque fugitantia ſcelerum opera raptatus, in eadem recidit perniciei extrema. Illic immolat actionem honeſtam, rationemque & cogitationem, cunctasque animi partes gratis prodit. Unde ſimulacris ſe inanibus dedit, planeque profanus exſiſtit & exſecrabilis. Vivit tamen utcunque; hoc beneficio naturæ retinens ut emergere poſſit e tenebris. Sed ita, ſi tactus pœnitentia, fugiendo ex iſtis locis conſuluerit ſibi, priusquam triſte fatum ſubito intulerit Gorgonem illi, hoc eſt, letum, & e præſenti devocaverit vita: recipiatque ſe ſaniorem ad priores animæ ſedes, ubi judicium liberæ mentis, & lux intellectus oritur, ſaltantque circumcirca cogitationes mundæ & caſtæ. At ſi reſederit in regione hac caliginoſa nihilque vitale habenti; diſcerpitur penitus a malitia; cumque vita inſuper etiam animæ jacturam facit.

ΚΕΦ. Ζ'.

ΠΕΡΙ ΣΕΙΡΗΝΩΝ.

Λέγεται τῇ ποιήσει, καὶ πρὸς τὰς σειρῆνας τὸν Ὀδυσσέα διαγωνίσασθαι· τὰς δὲ εἴτε τις δαιμόνων φύσις εἰσίν· εἴτε δὴ καὶ ἀνθρώπων, εἴτ' ἐξ ἀμφοτέρων εἰς ταὐτὸ συνιόντων. ὅμως πρὸς τὸ θηλύτερον ἐσκευασμένας, ἀνθηρούς τινας λειμῶνας οἰκεῖν. καὶ τὴν σύμπασαν μουσικὴν, τέχνην ἐπιτηδεύειν. εἶναι δὲ καὶ τοῦτ' ἔργον αὐταῖς, ἐπειδὰν τινας παραπλέοντας ἴδωσι λιγυρώτερον ᾄδειν. τοὺς δὲ, τῇ γλυκύτητι τῆς ἡδονῆς καὶ τῷ φθόγγῳ καταθελγομένους, λήθην ἄγειν αὐτίκα γυναικῶν τε καὶ τέκνων. καὶ πάντας αὐτοῦ ἡδέως ἀποθνήσκειν αἱρεῖσθαι. ὡς καὶ πολὺν τινα ὀστῶν ἐκεῖσε ὁρᾶσθαι σωρὸν τῶν πυθομένων ἀνδρῶν· Πρὶν οὖν ἐκεῖ τὸν Ὀδυσσέα γενέσθαι πλέοντα, προειπεῖν τοῖς ἑταίροις τὸν κίνδυνον, καὶ πῶς ἂν καὶ τί ποτε δράσαντες, αὐτὸν διαδράσαιεν· οὕτω δ' εἰπόντα, καὶ τὴν ἔχουσαν ἐκείνας νῆσον, μετ' οὐ πολὺ ἐξικέσθαι, κἀκεῖ

τινα

CAP. VII.

DE SIRENIBUS.

Dehinc narratur in poësi, etiam cum Sirenibus Ulixi luctam fuisse. Has autem, sive immortalium genus sunt, sive hominum; sive utrorumque in unum commissorum; utique ad muliebrem sexum conformatas florida quædam prata colere, & Musicam universam, artem sequi. Esse vero hôc illis studium, ut si quos prænavigare viderint, suavius argutiusque canant: hos illecebris tantæ voluptatis & voce delenitos, e vestigio conjugum & liberorum agere oblivionem: secumque decernere, ut omnes illico istis suaviter immoriantur. quare ex putrefactis cadaveribus humanis, ossium ibi acervum ingentem conspici. Ulyxem igitur, priusquam navigans illo advenisset, prædixisse sociis hoc periculum, & qua ratione, quibusque administratis rebus illud effugerent, docuisse. His dictis, ad insulam, quæ istas habet, non multo post devenisse. Ibi secta ad hoc apte cera, eademque manibus subacta, sociorum oblevisse aures. simul edi-

τινα τεμόντα κηρόν, καὶ τῇ χειρὶ λεάναντα, τῶν ἑταίρων ἐπαλεῖψαι τὰ ὦτα. εἰπεῖν δὲ, καὶ ὅπως αὐτὸν μὲν ἰσχυρῶς μάλιστα δήσουσιν. οἱ δὲ καθήμενοι, ἐρέττουσι κατὰ δύναμιν. ἐπεὶ δὲ πάντ' ἐγένετο. καὶ παρ' αὐτὰς λοιπὸν ἦσαν ἀφιγμένοι μουσουργοὺς δαίμονας, ἐκείνας αὐτίκα αἰσθέσθαι πλέοντας. καὶ τῇ φύσει χρῆσθαι καὶ τῇ ἀπάτῃ, καταθέλξαι τὸν ὀδυσσέα, τὰ μὲν ᾀδούσας, τὰ δὲ καὶ λεγούσας. τὸν δὲ πρὸς ταῦτα θελγόμενον, καὶ διανεύοντα ταῖς ὀφρύσι τοῖς φίλοις τῶν δεσμῶν διαφεῖναι, τοὐναντίον ἐκείνους ἀναστάντας δεσμεῖν ἰσχυροτέρᾳ τῇ πέδῃ. καὶ τοιαύτῃ μηχανῇ, τὰς ἀπατηλὰς ἐκφυγεῖν. καὶ ὁ μὲν μῦθος τοιαῦτα. ἐγὼ δ' οἶμαι, μὴ μέχρι τοῦ ὁρωμένου, τὴν πόιησιν ἡμᾶς ὥσπερ τινα σειρῆνα καταχηλεῖν, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τι βούλεσθαι. οὐκοῦν σειρῆνας ὑποληπτέον, τὰς θελξίνους καὶ ἀπατηλὰς ἡδονάς· αἳ τῷ λείῳ καὶ προσηνεῖ τε καὶ μελιχρῷ, πάντας ἀνθρώπους δεινῶς καταγοητεύουσιν, ὅσοι τὸν παρόντα διαπλέουσι βίον. ἃς ἐκεῖνος παρεξελάσαι δύναται, ὃς ἂν κατὰ τὸν ὀδυσσέα, τὰς μὲν τῆς ψυχῆς δυνάμεις μετὰ τῶν συντρόφων αἰσθητηρίων,

κηρῷ

xiſſe, ut ipſum validiſſime vincirent. Illi confidentes, pro virili remos ducunt. Poſtquam omnia erant facta; & quod fuit reliquum, ad deas illas cantatrices pervenerant: has ſtatim intellexiſſe, quinam homines illac navigarent; opeque omni & naturæ & artis adhibita, Ulixem qua canendo qua dicendo permulſiſſe. Illum his emollitum, innuiſſe vultu amicis, ut ſolverent ipſum vinculis: contra illos aſſiſtentes, injecta firmiori compede adſtrinxiſſe. Iſtiusmodi eos molitione fallaces haſce lenas evitaſſe. Hæc fabula. Ego autem opinor poëſin nequaquam in externa ſubſiſtentem ſpecie, tamquam aliam Sirenem, nos mulcere voluiſſe; verum ulterius quid intendiſſe. Quin igitur Sirenes accipimus voluptates deleniſicas fraudulentasque, quæ mollitie, comitate dulcedineque ſua omnes mortales effaſcinare quærunt, quotquot hanc vitam ceu mare quoddam trajiciunt. Has prætervehi poteſt, quisquis exemplo Ulyxis facultates animæ cum ſenſibus illi connutritis cera obduxerit divinorum ſermonum, actionumque a Deo præceptarum; adeo ut nulla parte reli-

χειρῶ καταφράξειε θείων λόγων καὶ πράξεων· ὡς μηδενὸς ὑπολελειμμένου κενοῦ, μάτην ἐκείνας θυροκοπεῖν καταυλούσας. τὰς δὲ τοῦ σώματος ὁρμὰς, ἰσχυροτάτῃ πέδῃ τῇ φιλοσοφίᾳ καταμαράνειε, καὶ ἀναλώτοις εἶναι ταύταις παρέχοι. οὕτω γὰρ ἂν αἰσθόμενος, δόξειε μὴ αἰσθέσθαι, καὶ ἀκούσας μηδὲ ἀκοῦσαι. ἐπειδήπερ οὐχὶ τὸ πεῖραν ἁπλῶς εἰληφέναι τῶν ἡδονῶν, τοῦτ' οἶδε τὴν ψυχὴν θανατοῦν. τὸ δὲ καταμεῖναι ταύταις διὰ βίου θελῆσαι, τῶν ἀρίστων ἔργων τῆς σωφροσύνης ἀφρόνως ἐπιλαθόμενον.

ΚΕΦ. Η'.

ΠΕΡΙ ΣΚΥΛΛΗΣ. καὶ χαρύβδεως.

Φασὶ τὸν ὀδυσσέα πλανώμενον, πρὸς δεινούς τινας καὶ ἀμάχους παρακινδυνεῦσαι σκοπέλους, τῆς τε σκύλλης, καὶ τῆς χαρύβδεως. ὧν θάτερον μὲν ὑψηλὰς εἶναι πέτρας πλαγκτὰς, πρὸς ἃς καὶ μέγα κῦμα ῥοχθεῖν θαλάττιον. τοσούτῳ μέντοιγε ὑψηλὰς, ὡς εἰς αὐτὸν οὐρανὸν ἄντικρυς

ἐξήκειν

cta vacua, illis cantantibus fruſtra fores pultare liceat: corporearum vero cupiditatum impetus, ſtudio ſapientiæ, ceu validiſſima quadam pedica domuerit; ita tamen, ut his non penitus captis eſſe permittat. Sic enim quamvis ſentiens, eas non ſentire, minimeque ſurdus, eas non audire videaris. Non enim omnis quarumlibet voluptatum experientia letalis eſt animæ: ſed per vitam omnem in iis hærendo fit, ut ſtolidis pulcherrimorum temperantiæ operum inducatur oblivio.

CAP. VIII.

DE SCYLLA.
& Charybdi.

Ajunt & Ulyxem inter ceteros maris errores ad Scyllæ & Charybdis horrendos atque immanes ſcopulos, non ſine gravi periculo ſubiiſse. Quorum alterum excelſas eſse cautes easque erraticas, quibus alliſi fluctus maris cum ingenti fremitu reſiliant. Adeo autem excelſas, ut adverſus ipſum pæne cælum vertice conſurgant: ideoque nubilum uvidumque eſse hunc

ἐξήκειν τὴν κορυφήν. καὶ διὰ τοῦτο νεφελώδη καὶ κάθυγρον εἶναι, καὶ μήτε πτηνὰ ἱκανῶς ἔχειν ἐκεῖ παρέρχεσθαι, μήτε ἄνθρωπον ἀναβαίνειν. οὐδ᾽ εἰ χεῖρες αὐτῷ εἴκοσι καὶ πόδες εἶεν. ἔνθα κατὰ τὸ μέσον, ἄντρον εἶναί τι σκοτεινὸν, εἰς ἔρεβος τετραμμένον πρὸς ζόφον. ἐν ᾧ καὶ τὴν λυσσώδη σκύλλαν οἰκεῖν, δεινόν τι λελακυῖαν. ὅσα καὶ φωνὴ γίνεται νεογιλῆς τινὸς σκύλακος. ταύτης πόδας μὲν εἶναι δυώδεκα. ἓξ δὲ περιμήκεις τραχήλους, καὶ κεφαλὰς δὲ τοσαύτας. τριστοίχους δ᾽ ὀδόντας θάνατον στάζοντας. Προΐσχειν δ᾽ ἀεὶ τὰς κεφαλὰς ἐπὶ τὸν πόντον, καὶ ἰχθυᾶν περισκοποῦσαν τὸν σκόπελον. ἔνθα μηδὲ ναῦν ποτὲ παραπλέουσαν ἀζήμιον ἀπελθεῖν, εἰ μὴ τοσούτους ἄνδρας ἀφαιρεθείη, ὁπόσαι τῷ θηρίῳ αἱ κεφαλαί. καὶ τὸν μὲν ἕνα, τοιοῦτον εἶναι φασί. τὸν δ᾽ ἕτερον, χθαμαλώτερον φαίνεσθαι ἑτέρωθεν κείμενον ἐκ παραλλήλου πλησίον, ὅσον τοξάσαντα ἐφικέσθαι. ὃν δὴ καὶ ἀεὶ διαφθείρειν τὰς τὸ στενωπὸν ἐκεῖνον παραπλέουσας ναῦς. ὥσθ᾽ ὁμοῦ τε ἀλλήλοις συμφέρεσθαι πίνακάς τε καὶ ἀνδρῶν σώματα, ὑπό τε τῶν κυμάτων καὶ τῆς ἐπικεχυμένης θυέλλης τοῦ ὀλεθρίου πυρός.

hunc ſcopulum; adeo ut nec aves ſatis valeant eum volatu ſuperare, neque hominum quisquam conſcendere; ne ſi vicenæ quidem manus pedesque illi eſsent. Circa medium hujus antrum eſse perobſcurum, ad occidentem ſolem & Erebum verſum. Hoc rabidam incolere Scyllam, horrendum ſtridentem, voce quanta catulo leonino eſset. Huic duodecim eſse pedes, eorumque ſex prominentiores; colla quoque & capita totidem: dentium tabem mortiferam manantium tres ordines. ipſam exertis capitibus, & late ſupra mare porrectis, circumluſtrantem ſcopulos, piſces captare. Hæc loca navim nullam impune prætervectam eſse, nec niſi tot viris orbatam, quot huic monſtro capita eſsent. Et talem quidem ferunt ſcopulum priorem. Alterum vero depreſſiorem aſpectu, e regione huic æqualiter diſtantibus ſpaciis procurrere, ſed ita propinquum, ut hic ex illo ſagitta peti poſſit. Etiam hunc committentes ſe anguſtiis iſtis naves diſperdere; ſic fieri, ut collidantur illic inter ſe tabulæ & naufragorum corpora, fluctibus atque procellarum cum peſtifera flamma inceſsentium vi jactata. Illic etiam conſpici vaſtam caprificum; ſub

πυρός. εἶναι δ' αὐτοῦ καὶ μέγαν ἐρινεὸν, ὑφ' ᾧ καὶ τρὶς τῆς ἡμέρας ἀναῤῥοιβδεῖν τὴν χάρυβδιν· τρὶς μέντοι καὶ ἀνιέναι. ἔνθα τὸν ὀδυσσέα γινόμενον, παραγγέλλειν τῷ κυβερνήτῃ, τοῦ μὲν φανέντος καπνοῦ τε καὶ κύματος, ἐκτὸς ἀπείργειν τὴν ναῦν. παριθύνειν δὲ μᾶλλον τῷ ἑτέρῳ σκοπέλῳ, ἔλαττον κακὸν τοῦ μείζονος προτιμῶντα. οὐκοῦν κἀκείνους μὲν ὁρᾶν τὸν ὕποπτον σκόπελον, καὶ τὴν χάρυβδιν φεύγειν· ἑτέρωθεν δὲ τὴν σκύλλαν, ἐξ αὐτῶν διαρπάσαι, θρηνοῦντας, καὶ χεῖρας ὀδυσσεῖ ὀρέγοντας, ἐπαμῦναι. τὸν δ' ἐπιστραφέντα ἰδεῖν· οὐκ ἀμῦναι δὲ δύνασθαι· ἀλλ' οἰκτείρειν τὴν συμφορὰν, ἀγαπῶντα, ὅτι θάτερον ἀσινὴς παρελήλυθε σκόπελον. Καὶ ἃ μὲν φησὶν ὁ μῦθος, τοιαῦτα. Ἐγὼ δ' οἶμαι πρὸς διάνοιαν ὁρῶντα πλέον τὸν ποιητὴν, δύο σκοπέλους αἰνίττεσθαι, τὰ συνθλίβοντα ἑκατέρωθεν πάθη τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἅπερ κατὰ τὸν στενωπὸν τουτονὶ ἐξ ἀνάγκης ὑφιστάμεθα πάντες. ὧν θάτερα μέν ἐστιν ἅπερ κατὰ ψυχὴν ἡμῖν γε συμβαίνει· ὑψηλὰ μὲν τὴν κακίαν· ὕπουλα δ' ὅμως καὶ σκοτεινὰ, καὶ τοῖς μυχοῖς οἷον τοῦ νοῦ κατακεκρυμμένα.

ea charybdin ter de die aquas reciproco æſtu ſorbere, ter etiam ejectare. huc illatum Ulixem imperaſse gubernatori, navem extra maris aſperginem & prorumpentes fluctus contineret; flecteretque propius alterum ſcopulum, ut minus malum præ majore ſic eligeret. Sed & ipſos animadvertiſſe quidem inſidioſam cautem, & Charybdin non ſine horrore vitaſſe: at ex altera parte Scyllam ſex eorum corripuiſſe, lamentantes, fruſtraque ut opem ferret, Ulixi porrigentes manus: Illum eos reſpexiſſe; ſed non potuiſſe ſubvenire, nec quicquam niſi calamitatem hanc miſerari; contentum utcunque, alterum ſine noxa præteriiſſe ſcopulum. Et iſta fere ſunt quæ fabula narrat. Ego autem cenſeo poëtam ad remotiores ſenſus ſpectantem, per hos ſcopulos duum generum paſſiones, mortalium res utrinque collidentes ſubindicare; quos in hiſce anguſtiis vitæ neceſſitate quadam ſentire cogimur omnes. Ex his alterum genus eſt eorum malorum, quæ ſecundum animam nobis eveniunt; malitia quidem multum exſurgentia: ſubtus tamen quaſi exeſa putredine obſcuraque, ac velut quibusdam penetralibus mentis abdi-

 ta

να. ὁποῖα τὰ τῆς ὑπερηφανίας καὶ τῶν ἄλλων κακῶν σύνισμεν ὄντα. ἐν οἷς καὶ ὁ προστάτης τουτονὶ δαίμων, ὁ δεινὸς καὶ ἄγριος κύων, οἰκεῖ. τὸ μέντοι κρυπτόμενος τῆς κακίας· τὸ δὲ καὶ φαινόμενος· καὶ δι' ἀμφοτέρων τέλειος γνωριζόμενος, πρός τε τὸ ἐπιθέσθαι πανούργως, καὶ μετεωρίσαι ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τουτονὶ σκόπελον τῆς ἐπάρσεως. εἶτα καὶ σπαράξαι τῇ τριστοίχῳ κακίᾳ ὀλεθρίων ὀδόντων, εἴτουν ἀποστασίας, μισανθρωπίας, καὶ μεγαλαυχίας· ἃ δὴ κατὰ παντός γε τρόπου χρηστοῦ δι' αἰῶνος νοσεῖ περισκοπῶν ἀεὶ καὶ διαρπάζων, ἢ καθόλου ἢ μερικῶς, τοὺς ἐν βίῳ πλέοντας. Καὶ τὰ μὲν ἐστι ταῦτα. θάτερα δὲ τὰ κατὰ τὸ σῶμα, ὑψηλὰ μὲν καὶ αὐτὰ, καὶ περιφανῆ εἰς ἀπώλειαν. χθαμαλώτερα δ' ὅμως πρὸς ἐκεῖνα καὶ ταπεινότερα, διὰ τὸ πρόδηλον τοῦ αἴσχους καὶ ἀνεπίδεικτον· ἐν οἷς καὶ ἐρινεός ἐστι, ἡ ἀγρία μὲν τὴν φύσιν· γλυκεῖα δὲ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδονή. ὑφ' ἧς καὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας, ἀναρροιβδεῖν πέφυκε τὰ τῆς σαρκὸς ὁρμήματα. καὶ κυκῶσαν τὸν ἄνθρωπον· νῦν μὲν ἄνω τὴν φλόγα τῆς ἐπιθυμίας ῥιπίζοντα· νῦν δὲ

κάτω

ta remotaque. qualia ſuperbiæ & aliis vitiis ineſſe ſcimus. in quibus etiam auctor horum & dux dæmon habitat, teter ille rabidusque canis; cujus malitia partim latet, partim aperta cernitur; & in utroque conſummatus artifex cognitus, ſive dolis & inſidiis circumvenire mortales paret, ſive in hunc ſublimem inſolentiæ ſcopulum attollere; dein etiam laniare ac divellere virulentorum dentium triplici peſte, defectione videlicet, odio hominum, & arrogantia. Quibus ille mirifice per omne ævum ardet inſidias parare bonis & humanis moribus, rapitque nunc plures junctim, nunc ſingulos qui hujus vitæ ſalum enavigant. Et hæc quidem de iſtis. Alia vero ſunt quidem & ipſa reſpectu corporis alta, & in perniciem ſuſpicientium ſpectabilia: preſſiora tamen prioribus illis & demiſſiora, propter manifeſtam, oculosque hominum refugientem turpitudinem. In quibus etiam caprificus apparet, natura quidem agreſtis & fera, dulcis tamen in perceptione voluptatis: ſub qua ſæpius in dies ſingulos exſurgere ſolent impetuoſi æſtus corporeæ molis, hominemque commovere, modo ſurſum excitando cupiditatum flammas, modo deorſum demit-

κάτω βάλλοντα· καὶ πολλά τα ἐξεργαζόμενα πλάσματα, ψυχῶν ὁμοῦ καὶ σωμάτων, τῇ πρὸς ἄλληλα κοινωνίᾳ. Τὸν δὲ τοιοῦτον σκόπελον, παρεξελάσαι ὁ κατ' ὀδυσσέα μέτριος ἄνθρωπος προσηγεῖται· τῷ δ' ἑτέρῳ πλησιάζειν, εἴπερ ἀνάγκη· ἐκεῖ μὲν γὰρ, λόγῳ μόνῳ καὶ ψιλαῖς ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς νοσῶν ὁ ἄνθρωπος ἐξελέγχεται, καὶ ῥᾳδίως ἔχει ἐπὶ τὴν ἕξιν ἀπανελθεῖν· ἐνθάδε δ' αὖ ἔργοις αὐτοῖς καταῤῥυπαινόμενος, ἢ δυσίατον τὴν ἔκπλυσιν ἔχει, ἢ οὐκ ἔχω τι πλέον εἰπεῖν·· οἶμαι μέντοι πρὸς τούτοιν τοῖν δυοῖν σκοπέλοιν εἰκάζεσθαι, τάτε παρὰ τῆς γνώμης ἡμῖν συμβαίνοντα ἑκουσίως, καὶ τὰ παρὰ τῆς ὕλης ἔξωθεν δυσχερῆ. ἅπερ ἢ ἑκάτερα πάσχομεν, ἢ δυοῖν ἕτερον ἐξ ἀνάγκης. παρελθεῖν δ' οὐκ ἔνι ἀμφότερα τὰ εἰς γένεσιν ἥκοντα. ὥσπερ γὰρ ὀδυσσεύς.

tendo: multaque morticina efficere animarum pariter & corporum, eo quod illæ cum his junctæ ſint, mutuoque ſe polluant contactu. Hunc ſcopulum ante omnia declinare optat, qui cum Ulixe modum habere vitæ ſuæ ſtudet: ad ſuperiorem vero, ſi neceſſe eſt alterutrum fieri, propius mavult accedere. Illic enim ſermone tantum & ſolis animi motibus corruptus atque æger homo deprehenditur; poteſtque facile ad priorem habitum redire: hic vero conſpurcatus opere ipſo, difficilime, niſi ego multum fallor, ſanari purgarique poteſt. Præter hæc vero cum his duobus ſcopulis contendi auguror, hinc ea quæ ex propoſito nobis, & ſponte noſtra fœda moleſtaque veniunt; hinc a materia corporeisque rebus profecta quorum vel utriſque adficimur pæne neceſſario, vel certe alterutris. ambo effugere homini quidem nato vix contingit; ſicut nec effugit Ulyxes.

CAP.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ͂ ῾ΗΛΙ'ΟΥ ΒΟΩ͂Ν.

Καὶ τοιαύτην πλάνην ἀποστῆναι τὸν ὀδυσσέα φασί. νῆσος ἐπὶ θρινακία πρὸς τὰ ἑσπέρια. σικελίαν ἡ νέα γλῶσσα καλεῖ. ἣν καὶ ἀνακεῖσθαι τῇ ποιήσει λέγεται κλῆμα ἡλίῳ, βοῦς αὐτοῦ πλείστας καὶ πρόβατα καλὰ τρέφουσαν. ἔνθα τὸν ὀδυσσέα μετὰ τῶν ἑταίρων παραγενόμενον, μυκηθμοῦ βοῶν καὶ προβάτων αὐλιζομένων ἀκοῦσαι. ταχέως δὲ φεύγειν ἐκεῖθεν τοῦ ἡλίου κελεῦσαι τὴν νῆσον. τοὺς δ' ἑταίρους μὴ βούλεσθαι πόνῳ δεδαμασμένους καὶ ἀγρυπνίᾳ. δεδιότας δὲ καὶ τοὺς κατὰ νύκτα γινομένους ἀνέμους ἐν τῷ πελάγει, μήποτε κακόν τι πάθοιεν. ὑφ' ὧν τὸν ὀδυσσέα ἐκβιασθέντα, ἀλλάγε παρ' αὐτῶν ὅρκον λαβεῖν, μηδέπω τῶν ἱερῶν βοῶν ἢ οἰῶν ἅψασθαι. οὗ γενομένου, καὶ τῶν ἑταίρων ἐκβάντων, εἶτα φαγόντων δὲ καὶ κοιμηθέντων, νύκτα ἄνεμον πνεῦσαι σὺν λαίλαπι μάλα σφοδρᾷ. καὶ τὸν πλοῦν ἀποπαῦσαι. καὶ τότ' αὖ τὸν ὀδυσσέα δημη-

γορῆ-

CAP. IX.

DE BUBUS SOLIS.

Etiam hujusmodi errorem pertuliſſe Ulyxem ferunt. Inſula eſt Thrinacia, in occidentem verſa: Siciliam recentior ſermo vocat. quam Soli ſacram propriamque dicit poëta boves illi plurimas, ovesque præſtantiſſimas alere. In quam Ulixes una cum ſociis poſtquam veniſſet, mugitu boum oviumque balatu e ſeptis earum audito, monuiſſe ſocios, Solis hanc eſſe inſulam; confeſtim illinc ſe proriperent. eos autem laboribus & vigiliis confectos hoc noluiſſe; licet ventis in pelago per noctem exortis, metuerent ne quid ſibi hinc proveniret mali. Quibus rebus Ulixem ſubactum, juramenti religione ſocios obſtrinxiſſe, ſaltem ut a ſacris armentis gregibusque temperarent. Quo facto, egreſſisque poſtea ſociis, & tandem cœnatis oppreſſisque ſomno, invaleſcentem noctu cum vehementibus procellis ventum navigationem moratum eſſe. Tunc vero iterum Ulixem edixiſſe palam, ne, quicquid demum fieret, res

χρῆσαι, μηδ' ἂν τι καὶ γένηται, τῶν θείων κτημάτων ἅψασθαι, προσέτι δὲ καὶ ἀπειλὴν ἐπιθεῖναι. τοὺς δὲ, τέως μὲν πείθεσθαι· νότου δ' ἄληκτον πνέοντος, καὶ τῶν ἐν τῇ νηῒ βρωμάτων ἐκλελοιπότων, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ τρέπεσθαι, νῦν μὲν ὄρνιθας ἀγρεύοντα, νῦν δὲ ἰχθυῶντα· τείρεσθαι δ' ὅμως καὶ ταύτῃ τῷ λιμῷ. πρὸς ὅπερ ἀμηχανοῦντα τὸν Ὀδυσσέα, ἀνὰ τὴν νῆσον ἰέναι εὔξασθαι, εἴ τις αὐτῷ θεόθεν φανείη πομπή· τοὺς δ' ὑπ' ἀπορίας ἅψασθαι τῶν ἱερῶν βοῶν, καὶ σφάξαι καὶ κατατεμεῖν καὶ ὀβελοῖς περιπεῖραι. ἑλομένους μᾶλλον πάντα τὰ δεινὰ παθεῖν ὑπὸ θεοῦ, ἢ λιμοῦ θανάτῳ ἀπολέσθαι, ὃς ἐστι παντὸς θανάτου χείριστος. ὑποστῆναι μέντοι εἰ σωθεῖεν, καὶ νεὼν ἱδρύσασθαι αὐτῷ, καὶ ἀγάλματα πολλάπλα ἀναθήσειν. ἐν τούτῳ δὲ παραγενόμενον τὸν Ὀδυσσέα, εὑρεῖν ἐκείνους πάντα τὰ φοβερὰ πεπολμηκότας· καὶ ἐποιμῶξαι τῷ δεινῷ. καὶ μάλιστα, ὅτι καὶ τέρατα ἴδοι ἐπὶ ταῖς βουσί. ἕρπειν μὲν γὰρ αὐτίκα τοὺς ῥινούς· μεμυκέναι δὲ τὰ κρέατα ἐν ὀβελοῖς. καὶ φωνὴν δὲ τούτων γίνεσθαι, ὁποία πρὸ τοῦ τεθνηκέναι. ὅμως δὲ καὶ οὕτω τοι ἐξῆμαρ τὰ δει-

νὰ

dei facras contrectarent, idque minis infuper adjectis fedulo caviffe. ipfos huc usque paruiffe quidem. fpirante autem pertinaciter auftro, & cibariis quæ in navi habebant deficientibus, alios ad alia fe convertifse, nunc aucupio nunc pifcatui dantes operam. Vexatos tamen etiam fic fame. Ad quas res inopem confilii Ulixem, venerabundum & Deo fupplicem circumiifse infulam, fi quid illi mifsum obveniret divinitus. illos penuria victos bubus facris injecifse manus, eosque mactatos & confcifsos verubus transfixifse: fatius exiftimantes a Deo vel graviffima quæque pati, quam fame interire; quod genus mortis omnium efset deterrimum. Vovifse tamen & templa illi, & ftatuas multas dedicandas, fi falvi abituri efsent. Inter hæc accurrentem Ulyxem invenifse eos aufos horrenda omnia; reique diræ ingemuifse; idque maxime, cum prodigia quædem offenderet circa boves cæfos; coria nempe recens mactatorum proferpere, & in verubus carnes mugire, voce qualis a vivis mitti folebat. Tamen ne fic quidem integrum fextiduum deftitiffe miferos gravia hæc & ne-

ναι τολμᾶσθαι τοῖς ἀθλίοις. ἑβδόμης δὲ, πεπαῦσθαι μὲν τὸν ἄνεμον· γενέσθαι δ' ἄλλον, ὃν αὐτοίγε ἤθελον· τοὺς δὲ πετάσαντας αὐτίκα τὰ ἱστία, πλεῖν. τὸ δὲ ἐντεῦθεν, πλεῖστον ὅσον τὴν νῆσον ἀπολελοιπότων, ζέφυρον πνεῦσαι σὺν μεγάλῃ λαίλαπι, καὶ κεραυνὸν, ἄνωθεν δυστυχέσι καταπεμφθῆναι. τὸν μέντοι κυβερνήτην ἱστῷ πληγέντα τὴν κεφαλὴν πρότερον κατακλασθέντι, ἅτε δὴ καὶ πρότερον κακῆς ἀρξάμενον βουλῆς, αὐτόν τε δὴ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, εἰς τὴν θάλασσαν διεκπεσεῖν. τὸν τοίνυν ὀδυσσέα, ὅ, τι δὴ καὶ δράσειεν ἀπορούμενον, συχνότερον φοιτᾷν διὰ τῆς νεὼς, ἕως ὁ δεινὸς ἐκεῖνος κλύδων τὰ τείχη τοῦ τρόπεως ἐξέλυσε. τὸν δὲ ἅμα τῷ ἱστῷ ἱμάντι τὴν τρόπιν καταδήσαντα, ἐπιβεβηκέναι, καὶ τοῖς κύμασιν ἀφεῖναι φέρεσθαι. Καὶ ἃ μὲν φησὶν ὁ μῦθος, ταῦτα. πάρεστι δὲ νοεῖν ἐνθάδε καὶ τὸ ἠλίθιον αὐτὸν, οἵας δίκας ἱεροσύλους τε καὶ ἐπιόρκους πράττεται ἡ ποίησις. καὶ ὡς διδάσκειν βούλεται ἅπαντας ἀνθρώπους, σέβειν ἀεὶ δήποτε τὸν θεὸν, καὶ περὶ τὰ θεῖα πράγματα εὐλαβεῖσθαι· κἂν βία τις ἐπαναγκάζῃ τοῦ καιροῦ· κἂν δεινοῦ τινος ἐπίγεια προσώ-

fanda committere, Die ſeptima ventum hunc deſiiſſe, ortumque alium quem ipſi vellent illos ſtatim datis velis navigaſſe. Dein illi cum maxime nitebantur ex inſula evadere; Zephyrum ingenti cum turbine coortum, fulmenque miſeris immiſſum eſſe: Gubernatorem, qui peſſimi conſilii auctor fuiſſet, a dejecto malo truncatum capite, una cum cæteris in mare præcipitem cecidiſſe. Ulyxem ob hæc quid faceret incertum, identidem per navim diſcurſaſſe, donec violentiſſimus ille maris aſſultus latera carinæ diſſolveret. Sic tamen eum carina loro religata maloque utcunque firmato, inſediſſe, fluctibus ſe permittentem agi rapique. Quæ quidem fabula narrat, hæc ſunt. Homini vero quamlibet ſtolido promtum eſt exiſtimare, quantum pœnarum ſacrilegis & perjuris irroget poëſis, & quantopere ſtudeat docere omnes mortales, DEUM ſemper eſſe venerandum, & divinam rem caſte pieque faciendam: licet ea negligere quæ rite in hac peragi debent, vel temporum neceſſitate quiſpiam cogat; vel diræ terriculamentum perſonæ, aut rerum quæ in hoc univerſo exiſtere poſſunt graviſſimarum inſtantes minæ jube-

προσώπου, κἂν τοῦ παντός γε τὰ δεινότατα διαπειλῇ τῆς ἀκριβείας ἀμελῆσαι. Καὶ γὰρ δεύτερα θεῷ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀτιμίας τὰ πάντα νομίζεται, ὅσα τις φανείη πλημμελήσας. εἰ δὲ καὶ αἴσθησιν τοῖς κρέασι καὶ τοῖς ῥινοῖς περιάπτειν τάχα τῆς ποιήσεως βούλεται· ἀλλ' ἐκεῖνο πρὸ τοῦ παντὸς δεῖξαι βούλεται, ὡς καὶ πᾶσα μὲν αἰσχίων πρᾶξις, πανταχοῦ βοᾷ τὴν τοῦ ποιήσαντος παρανομίαν· ἡ δὲ τῶν ἐπιόρκων καὶ ἱεροσύλων τοσούτῳ μάλιστα, ὅσῳ καὶ εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον ἀναφέρει τὸ δεινόν. κἂν ποτε μὴ παραπόδας τὰ τῆς δίκης ἔρπῃ, ἀλλ' οὖν πολύγε ὕστερον ἐξήκει, ὥσπερ καὶ θανατόντε μαρτυροῦσιν οἱ τοῦ ὀδυσσέως ναυαγήσαντες ἑταῖροι.

ΚΕΦ. Ι'.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ' ΧΑΡΥ'ΒΔΕΩΣ.

Λέγεται τῇ ποιήσει, δεινόν τινα καὶ παγχάλεπον ἆθλον ὑποστῆναι τὸν ὀδυσσέα κατὰ τὴν χάρυβδιν. τῆς γὰρ νεὼς αὐτῷ θεηλάτῳ διαφθαρείσης μήνιδι πρὸς τοῖς ἑταίροις, ἐξ ἀμηχανίας τὸν ἱστὸν τῇ τρόπει ἰσχυρῶς συνδήσαντα ἐπινήχεσθαι. ἄνεμον δὲ

ant. Nam omnia quæ quis admittere deprehendi poſſit peccata, levius fert numen, quam ſe contemptui ludibrioque habitum. Enimvero ſi coriis & carnibus ſenſum addere velle poëſis videtur: at illud in primis it oſtenſum, quamlibet actionem fœdiorem ubique reatum ejus clamare, qui eam admiſit: perjurorum autem & ſacrilegorum tanto magis, quanto propius DEUM & res divinas hæc improbitas ferit læditque. Quamquam ultionis effecta non ſemper eveſtigio ſequuntur: at invenient ſic peccantem non multo poſt tamen; ſicut & mortem ſe aſſecutam naufragi Ulyxis ſocii teſtantur.

CAP. X.

ITERUM DE CHARYBDI.

Narratur amplius in carminibus, immanem, omniumque difficilimum laborem in Charybdi fuiſſe Ulyxi eluctandum. Incerto videlicet animo paventem, cum navis illi ab irato numine immiſſa peſte fracta eſſet, ſociique periiſſent, malo carinæ firmiter alligato huic inſi-

δὲ ὅμως γενέσθαι νότον τῷ ἀνδρὶ ἀντίπρωρον, ὥστε καὶ αὖθις βιασθῆναι διαμετρῆσαι τὴν χάρυβδιν. καὶ δή γε πρὸς αὐτῷ δὴ μάλα ὄντος τῷ δεινῷ, ἀναῤῥοιβδῆσαι τὴν θάλασσαν, ὡς εἰώθει. τὸν δὲ αὐτίκα ἐπαρθῆναι τῷ μεγάλῳ κύματι, πρὸς τὸν μέγαν ἐρινεὸν ἀφῃρημένον τὴν σχεδίαν, Καὶ ὥσπερ τινα νυκτερίδα τούτῳ προσφῦναι, οὔτέ πη ἔχοντα στηρίξαι τοὺς σφετέρους πόδας, οὔτε δὲ βῆναι. μακρὰν γὰρ εἶναι τὰς ἐκείνου ῥίζας. τοὺς δὲ κλάδους, μακρούς γε καὶ αὐτοὺς ἀπῃωρημένους τὴν χάρυβδιν κατασκιάζοντας· ὧν δὴ καὶ ἀσφαλῶς μάλα ἔχεσθαι, ἕως ἂν ὄπισθεν τὰ κατὰ τοῦ βυθοῦ εἰσδύντα ξύλα, ἐξεμεθείη. ὀψὲ δὲ καὶ ταῦτα φανῆναι. οἷς δὴ ἐκεῖνον ἐπικαθιζόμενον, οἷά τισι κώπαις ταῖς χερσὶ, τὴν θάλατταν ἐρέττειν, τὴν μέντοι Σκύλλαν παρελθεῖν οὐδαμῶς ἰδοῦσαν ἐκ θείας δηλαδὴ προνοίας· καὶ οὕτω δὴ ἐννῆμαρ τῷ πελάγει ἐμφέρεσθαι, πάντα τὰ δεινὰ ἐκ ναυαγίου ὑφιστάμενον. καὶ ἃ μὲν φησὶν ἡ ποίησις, τοιαῦτα· νοεῖν δὲ πάρεστι κἀνταῦθα ὀδυσσέα μὲν τὸν κατὰ τοὺς λογισμοὺς ναυάγιον ὑπομεμενηκότα ἄνθρωπον· καὶ τῇ δεινῇ χαρύβδει τῆς

τῆς

insidentem fluctuasse: quinetiam Notum, adversum prorsus viro ventum, spirare cæpisse; sic retro ablatum Charybdin coactum relegere. Cumque jam in præsenti constitutus esset discrimine, salum illud more suo aquas sublime ejectasse. Ipsum igitur undis intumescentibus evectum, subductis jam quæ reliquæ fuerant, carinæ tabulis, magnæ illi, cujus meminimus, caprifico instar vespertilionis adhæsisse, cum nihil haberet aliud in quo pedes suos figeret, aut quod inscenderet. Longe namque absfuisse illi radices arboris hujus: ramos autem sublimes lateque spatiantes Charybdin obumbrasse. His valide apprehensis Ulixem se sustinuisse, donec fragmenta navis profundo hausta sursum revomerentur. Sero tandem hæc comparuisse: quibus occupatis ac insessis, manuum remigio se utcunque per mare promovisse: Scyllam vero eum non conspicatam præteriisse, quod divino nutu factum: sic novem dies integros pelago jactatum, omnia naufragiorum mala tolerasse. Et ista sunt quæ poësis dicit. Intelligamus vero & hic licet Ulixem hominem qui facto judicii sanique consilii naufragio, diræ Charybdi corpo-

τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν, ἀνοήτως προσδεδομένον. ἥτις συχνάκις ἀναβρασσομένη καὶ ὑψοῦ τὰ πονηρὰ τῶν παθῶν πνάσσουσα κύματα, ὑποβρύχιον ποιεῖ τὸν ὑπ' αὐτῆς κλυδωνιζόμενον. ἀλλ' εἰ κατ' ὀδυσσεία παρ' αὐτὰ γεγενημένος τὰ δεινὰ, σωφρονεστέρους λογισμοὺς ἀναλάβοι, αὐτίκα τῷ κινδύνῳ ἀντικαθίσταται, καὶ τῶν πονηρῶν κυμάτων αἰρομένων, οὐκ ἀργῶς λοιπὸν, οὐδ' ἀπραγμόνως ἔχει· ἀλλὰ περὶ βίᾳ καλασπασθῆναι ὑπὸ τῆς ἐνύγρου τῶν παθῶν φλογὸς, καὶ εἰς βυθὸν κακίας ἐκχεθῆναι, ἰσχυρῶς ἀντιλαμβάνεται θείου φόβου καὶ δικαιοσύνης ἅπερ ἀφ' ὑψηλοῦ τῇ πονηρίᾳ ἀντικείμενα ὥσπερ ἡ ἐρινεὸς, ὀρέγει ἄντικρυς χεῖρα τοῖς τῷ κλύδωνι καλαχεθεῖσι τῶν φαύλων τῆς σαρκὸς κινήσεων. οὐκ οὖν καὶ ὃν πρότερον βίον ἀπώλησε, σεμνόν τε καὶ θεῖον καὶ μεθ' οὗ τὸ κατὰ τὸν βίον στένωπον διέπλει, ἀναλαμβάνει αὐτίκα. τὸ δ' ἐντεῦθεν, κούφως τε καὶ ἀκινδύνως τοῖς τῶν πειρασμῶν κύμασιν ἐπινήχεται· ἐναγώνιος μέντοι καθιστάμενος ἀεὶ καὶ ὕποπτος, ἕως τὸ τῆς σαρκὸς διέρχεται πλοῦν, καὶ πρὸς τὰ κυμαίνοντα ὁρᾷ τῆς κακίας πνεύματα· οὕτω δ' ἔχων, καὶ περιδεὴς τις ὢν μήτι

πάθοι

rearum voluptatum ſtolide ſe prodiderit. Hæc enim ſubinde effervifcens atque exæſtuans ac malarum paſſionum fluctus attollens, totum obruit aquis quem agit peſtifero gurgite ſuo. Attamen ſi quis cum Ulixe, quamquam exitio proximus, revocaverit ſaniora conſilia; ſtatim ſe parem tanto periculo ſiſtet: cumque denuo inſurgent noxii fluctus, minime ſegnem ſe in reliquum, aut otioſum præbebit: ſed priuſquam corripitur vi vaporis hujus, quo fervidæ cupiditates ebulliunt, & vitiorum rapitur profundum præceps, timore DEI juſtitiaque valide apprehenſis nititur; quæ duo quaſi ex loco ſublimi & adverſo manum porrigunt fœdorum corporis motuum tempeſtate deprehenſis. Quin vitam quam prius perdiderat, integram & ſanctam, anguſtiis freti, quod vita objicit, ſuperatis reſumere dein non cunctatur. In poſterum fluctibus tentationum leviter innatat ac tuto: accinctus tamen ſemper, nec temere fidens, dum in hoc corpore quaſi navigans curſum tenet; ſed in ventos tot improbitatis fluctus cientes aſſidue intentus eſt. Ita vero ſe habens, ſemperque circumſpiciens, ne quid gravius

πάθοι τῶν δεινῶν ὑπὸ τῶν αἰσχρῶν ἐκείνων ἐπιθυμιῶν, ἥκιστα σπαράττεται τοῖς ὀδοῦσι τῆς ὑπερηφάνου προαιρέσεως, κἂν πλησίον παροικοῦσα φοβερόν τι ὑλακτῇ καὶ ἄγριον· καὶ μετεωρίζειν ἐγχειρῇ ἐπὶ τὸν σκόπελον κατὰ τὴν σκύλλαν. οὐδὲ γὰρ τοῖς ὀχλουμένοις ὑπὸ τοῦ σφοδροῦ ἐκείνου κλύδωνος τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν, ὁ κακὸς ἐκεῖνος σκόπελος τῆς ὑπερηφανίας λυμαίνεται· ἀλλὰ τὸν ἐν χερσὶν ὑφορωμένους κίνδυνον, κάτω πείθει διαβλέπειν, καὶ τὰ μάλιστα μετριάζειν τὸ τετυφωμένον ἀποπτύοντας τοῦ φρονήματος.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

ΠΕΡΙ' ΚΑΛΥΨΟΥ͂Σ, ΑΛΚΙΝΟ'ΟΥ καὶ ἐπιβολῆς τῆς πατρίδος τοῦ Ὀδυσσέως.

Καὶ τοιαύτην τὴν πλάνην προσπλάττεται ἡ ποίησις τῷ Ὀδυσσεῖ ναυαγήσαντι, ἡνίκα γυμνὸς ἦν καὶ ἀλήτης εἰς τὴν Ὠγυγίαν ἀπενήξατο νῆσον· τὴν γὰρ Καλυψώ φησι νύμφην ἐνοικοῦσαν τῇ χώρᾳ πρώτην ἐπὶ τὴν ἀκτὴν ἀφιγμένην, τὸν ἄν-

δρα

ipſi eveniat, per turpes haſce cupiditates, minime laniatur ſuperbi propoſiti dentibus, etiamſi hoc in vicinia habitans, terribile quiddam latret ac ferum; nec ſecus ac Scylla ſurſum elevare ſcopuloque impingere eos tentet. Neque enim vexatis a vehementi vortice corpus incitantium perturbationum, exitioſus iſte ſuperbiæ ſcopulus facile nocet: verum præſens periculum ſubveritos, in ea quæ ante pedes ſunt monet deſpicere, & ſuas res potius metiri omni tumore animi rejecto.

CAP. XI.

DE CALYPSONE, ALCINOO, & quomodo Ulyxes potitus fuerit patria.

Etiam hunc errorem affingit poëta Ulyxi naufrago; cum nudus & errabundus in Ogygiam inſulam enataſſet. Nymphæ Calypſo regionem illam tenenti, venientique tum forte in litus, hominem hunc ejectum occurriſſe narrat: receptum ab ea in antrum, benigne comi-

δρα ἐκλειφέντα εὑρεῖν, καὶ ἀναλαβεῖν ἐπὶ τὸ ἄντρον, καὶ διαφιλῶς φιλοφρονήσασθαι, ἐπιμελεῖσθαι τε αὐτοῦ ὅσα καὶ ἀνδρὸς γνησίου, ἐπὶ ὀκτὼ ἔτεσι. τὸν δέ γε ὑπ' ἀνάγκης συγκαθεύδειν μὲν τῇ νύμφῃ παρ' ἐθελούσῃ οὐκ ἐθέλοντα νύκτωρ· ἡμέρας δὲ καθ' αὑτὸν ὀδύρεσθαι, καὶ πρὸς τὸν πόντον καὶ τὴν Πηνελόπην ὁρᾷν ἔνδακρυν. οὕτω δὲ ἔχοντος τοῦ δυστυχοῦς, τοὺς θεοὺς οἰκτίσασθαι τὴν συμφοράν. καὶ αὐτίκα πέμψαι τῇ Καλυψοῖ τὸν Ἑρμῆν· ἢ μὴν ἐκπέμψαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τῆς νήσου ταχέως σὺν οὐδενὶ τῷ κακῷ, ἢ καὶ αὐτὴν τὰ χείριστα πείσεσθαι πρὸς τῶν θεῶν κατελπίζειν. πρὸς ταῦτα, εἰ καὶ σὺν ἀηδίᾳ, εἴξασαν δ' οὖν ὅμως τῷ κελεύσματι, ἐπεὶ μὴ ναῦς παρῆν, ἐπὶ σχεδίας εὐτρεπίσαι τὸν ὀδυσσέα ἀναβῆναι. καὶ καλῶς τόν τε πλοῦν διαθεῖσαν καὶ τὰ τῇ πομπῇ προσήκοντα, ἀναστρέψαι ἐπὶ τὸ ἄντρον· τὸν δὲ ἀρξάμενον πλεῖν, ἐπιβεβουλεῦσθαι πρὸς τοῦ ἐξαρχῆς ὀργιζομένου δαίμονος. καὶ τὴν μὲν σχεδίαν κατὰ μέσον ἐκτιναχθῆναι τὴν θάλασσαν σφοδροτέροις τοῖς πνεύμασι. αὐτὸν δὲ ἐφ' ἑνὶ ξύλῳ τῆς σχεδίας πεσόντα, καὶ τὰς χεῖρας

ἐπὶ

terque habitum, curatumque inſtar mariti legitimi annos octo integros. Noctu autem, ut ut invitum atque coactum, propter Nympham volentem dormiiſſe: interdiu vero ſecum eſſe queſtum infelicitatem ſuam, & ad mare ſuum Penelopenque cum lacrymis ſpectaſſe. Hunc ejus ſtatum fuiſse; cum Dii miſericordia tacti Mercurium ad Calypſo nympham ablegabant; denuntiatum ut celeriter hominem ab inſula dimitteret inviolatum atque incolumem, niſi & ipſa graviſſima quæque a Diis exſpectare ſibi vellet. Ad hæc nolentem quidem & animi ægram, imperatis tamen obſecutam, quando nulla navis adeſset, ratem adornaſse quam Ulyxes conſcenderet. Diſpoſitisque omnibus & rite paratis quæ ad navigationem & commeatum eſsent neceſsaria; in antrum ſuum rediiſse. Illum inter initia navigationis inſidiis appetitum numinis jam inde ab initio ſibi obirati; & ratem quidem in medio mari vehementioribus ventis diſcuſsam eſse atque ſolutam: ipſum vero uni tabulæ fractæ ratis adhærentem, manibus expanſis ſupra mare, utcunque navigaſse: tandem vero plurimis in alto malis defunctum, iterumque nudum & nulla

ἐπὶ τὸ πέλαγος πετάσαντα, πλεῖν· ὀψὲ δὲ πολλὰ παθόντα κατὰ τὴν θάλατταν γυμνὸν καὶ αὖθις, καὶ παντοῖα περικείμενον συμφορᾶς εἴδη, ἐπὶ τὴν τῶν Φαιάκων γῆν ἐκειφῆναι. εἶτ' ἐκεῖ ξενίας ἀπὸ τύχης τετυχηκότα παρὰ τῆς τοῦ βασιλεύοντος θυγατρὸς Ἀλκινόου· εἶτα καὶ παρ' αὐτοῦ γε Ἀλκινόου, καὶ τῆς γυναικός· καὶ πολλοῖς γε δώροις φιλοφρονηθέντα, ἐκεῖθεν ἀπήμονα καταειληφέναι τὴν πατρίδα μετὰ τῶν φιλτάτων. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀπονητὶ ἀπολαβόντα. ἀλλὰ σὺν ἀγῶνι μάλιστα οὐκ ἀγεννεῖ, ἀπεκτονότα τοὺς βιαίους καὶ ἀδίκους μνηστῆρας τῆς σώφρονος Πηνελόπης, καὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνων ἐξαρπάσαντα. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μῦθος. ὁ νοῦς δ', ὡς ἐγῷμαι, Ὀδυσσέα βούλεται εἶναι πάνθ' ἄνθρωπον, ὑπὸ συμφορᾶς τι τετολμηκότα τῶν φαύλων καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν· οἰμώζοντα δ' ὅμως ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ ἀείγε ἀνακλαιόμενον, ἐπὶ τὴν σύντροφον σωφροσύνην καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἐπανελθεῖν. μόλις δὲ θειοτέρᾳ ἐπιτετιμηκότος τῇ φαύλῃ καὶ ἀκολάστῳ.

ΛΕΙΠΕΙ ΟΛΙΓΑ.

nulla non calamitatis cinctum ſpecie, in Phæacum terram ejectum eſse. Ibi forte quadam ab Alcinoi filia, qui loca hæcce regio tenebat imperio, mox ab ipſo Alcinoo & uxore ejus hoſpitaliter exceptum multisque donis ornatum: tandemque digreſsum inde, patria rebusque cariſſimis eſse potitum. Verum ne hæc quidem ſine labore periculoque reciperaſse: ſed per certamen neutiquam ignavum violentis & improbis caſtæ Penelopæ procis neci datis, eaque inſidiis eorum erepta. Hæc fabula. Cujus ſi mentem ſpectes; Ulixem, ut ego quidem arbitror, eſse vult quemvis hominem, ob adverſas res committentem aliquid eorum quæ ad turpes & obſcænas voluptates pertinent: ingemiſcentem tamen ſemper huic malo, & ſemper illacrymantem, ad bonam caſtamque mentem quacum educatus fuerat, & antiquos animi mores reverti. Vix denique, divina quadam providentia, caſtigando turpem & impudicam.

PAUCA DESUNT.

JOHANNIS COLUMBI

IN


ANONYMUM

HUNC QUARUNDAM

HOMERI FABULARUM

INTERPRETEM

NOTÆ.



IN TITULUM ET PROOEMIUM.



itulus longior ſcriptum hoc non valde antiquum eſſe docet. Minor tamen hujus prolixitatis, dilucide ac ſimpliciter explicantis rem, ambitio videtur, quam inſcriptionum illarum, propter quas Plinius quondam lepide dixit vel vadimonium deferi poſſe, vel gallinacei lactis hauſtum in volumine ſperari. Nec ſane multum ex eo decedere debet opuſculi hujus pretio, quod ævi non ſit veterrimi. Habere videtur pleraque ex vetuſtis philoſophis depromta; quorum non pauci multum operæ poſuerunt in explicanda ſic poëſi Homerica. Quid, quod non ut vina, ita vetuſtate libri fiunt meliores; ſed propria ſe commendant præſtantia, quandocunque nati fuerint?

Προθεωρία) Non prorſus idem valent προθεωρία & *præfatio*. Sic tamen verti, quia vox προθεωρία hoc ſonat quandoque Græcis, quod *præfatio* Latinis;

tinis; id nempe quod Declamationibus ſolebat præmitti.

Επίτομος διήγησις) Mavis forſitan vertere *Summarium*, aut ut recentiores, Senecæ etiam tempore, loquebantur, *Breviarium Homeri narrationum de Ulixis erroribus.* De vocabulis iſtis vide Sen. Epiſt. XXXIX.

Πλάνας Ὀδυσσέως) Verti, *errores Ulixis*, non *Ulyſſis*: quod nullo novitatis amore a me factum, infra ſum declaraturus.

Τὸ μύθου σαθρὸν, vertebam, *quæ in fabula minus firma & vera ſunt.* σαθρὸς enim *victus*, *flaccidus*, *infirmus.* Sic Ariſtoteles Eth. Nicom. I. cap. II. σαθρῶς ἱδρυμένον, id eſt, *parum firme collocatum* dixit. Poſſis etiam; *quæque in fabula falſa & frivola ſunt*, *quoad ejus fieri poteſt*, *integrans & ſanans*, *&c.*

Ὡς οἷόν τε) Inſere verſioni per feſtinationem omiſſa: *quoad ejus fieri poteſt*, aut, *quoad res patitur.*

Ὅσα τινες ἱστόρηνται) Opſopœus exhibuit ἱστόρυνται, & ſecundo capite προήρυνται. deſcriptoris aut typographi, ut auguror, vitio. Expeditiora vero hæc erunt, meo quidem judicio, ſi verba, ὅσα τινες ἱστόρηνται, ſic accipiamus, quemadmodum cum Thucydides ait, νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι, aut cum Demoſthenes, τῆς φυλῆς ἀδίκως ἀφαιρεθείσης τὸν τρίποδα. Ut ſit ſenſus, Homerum utiliter omnia & prudenter ſcripſiſſe; & ſive animum calamitates divinitus immiſſas fortiter ſuſtinentem laudet, quod in Odyſſea facit; ſive actiones & opera Heroum canat, ut in Iliade maxime; formandæ ad rectum vitæ exempla dediſſe. Ulixi magna etiam patientiæ laus fuit. Cic. I. de Off. lib. I. cap. XXXI.

Quam

Quam multa passus est Ulyxes in errore illo diuturno, cum & mulieribus, (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inserviret, & in omni sermone omnibus affabilem & jucundum se esse vellet? Domi vero etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod cupiebat, perveniret. Atque sic intelligendus Strabo, summus Homeri admirator, lib. I. p. XI. cum ait Ulyxis, Menelai & Jasonis errores, καὶ διαγωγὴν οὐκ ἂν ἀνελεύθερον, καὶ τῶν γινομένων ἀναγκαίων χρήσιμα παραδείγματα continere; id est, *& delectationem non illiberalem, & rerum quæ necessario tolerandæ obveniunt, utilia exempla.* Adde Lipf. Manud. ad Phil. St. lib. I. Diss. XVII. ubi de Odyssea, sive, ut ipse loquitur, Ulysseide ex professo.

Ἤτοι παθόντες) Reddo, *sive adversis jactati rebus.* Hoc enim notat interdum τὸ παθεῖν, *infelicem esse, adversa uti fortuna.* Vetus poëta lib. I. Antholog. cap. XXIX. epigr. II. Καί τις εἰ μέλλει παθεῖν. h. e. *sive quem durior sors manet*, aut, ut Lubinus interpretatur, *si quis debet infelix esse.* Malis tamen fortasse, τὸ παθόντες ad ὅσα referre, vel ad sequens γενναῖόν τι. Verum hoc videtur intricatius. Non tamen inveniri nego hujusmodi ἀνακόλουθα, si tamen sic appellandæ συντάξεις ubi duo diversis modis uni verbo respondent. Quin & noster infra cap. IX. Δεδιότας γὰρ καὶ τοὺς κατὰ νύκτα γινομένους ἀνέμους ἐν τῷ πελάγει, μήποτε κακόν τι πάθοιεν. Clariss. Julius Micrander, Vir non uno nomine mihi junctissimus, τὸ ἰσόρρηνται active haud inepte reddi posse putat; ut est hoc Græcis scriptoribus non insuetum, formam passivam active usurpare. Sane Ulyxes apud poë-

tam

tam ipſe narrat caſus ſuos. Eligat lector eruditus horum quod volet, aut ipſe aliud melius afferat.

Πρὸς τὸ δραματικώτερον) Tumultuoſe nimirum, multoque cum ſtrepitu & ſudore acta pleraque dicuntur. An magis reſpicit noſter id quod Plato docet lib. x. de Rep. Homerum in Iliade ducem & magiſtrum ſe præbuiſſe Tragicis? addunt alii, in Odyſſea Comicis: rectius dixiſſent, in Margite, ſi tamen Margites Homeri fuit. Vide Voſſ. Inſtit. poët. II. cap. 11. pag. xi.

Κἂν γὰρ πρὸς τὸ δραματικώτερον) Ut verterem, *ad actus rerum, & prope ſcenicos motus*, induxit me, partim ipſe hic ſcriptor meus; qui cum dixiſſet. γενναῖον ἐξ ἀνάγκης τι δράσαντες, ſtatim ſubjecit, κἂν γὰρ πρὸς τὸ δραματικώτερον εἰργάσθαι δοκῇ, quaſi ad ἔτυμον alludens: partim auctoritas eorum, qui δρᾶμα pro *facto* aut *facinore* nonnunquam uſurpari docent, ut apud Theodoretum & Gregorium Theologum. Cui δραστικὸς, δραστήριος, δραστέον, affinia ſunt. Nunc eo magis propendeo, ut τὸ δραματικὸν pro *fabulari genere dicendi*, aut certe *poëtico* per Synecdochen uſurpatum credam. Nec plane nunc rejicio quæ ſupra notavi.

Ἔχει καὶ λόγους) Ἔχειν λόγον vel λόγους id dicitur a ſcriptoribus Græcis, quod cum ratione fit vel dicitur. Exempla ubivis in promptu.

Ὑποκαθημένους) Simile illud ex Plutarcho jam ab aliis laudatum eſt, ὅτι βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι. *Profundiorem ſenſum latere in carminibus.* Strabo lib. I. toto, & alibi paſſim in opere doctiſſimo, poëtæ cauſam viriliter agit adverſum Eratoſthenem, & ſi qui præter hunc Ho-

merum

merum cum suis choris nihil nisi ludere dicunt. Inter alia, jactantibus hæc, consensum quendam prudentiorum, poësin vetustissimam philosophiam esse, obducit. Οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν, inquit, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας. τοὐναντία γὰρ οἱ φρονιμώτατοι τῶν περὶ ποιητικῆς τι φθεγξαμένων, πρώτην τινα λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. *Non enim verum est, quod ait Eratosthenes, omnem poëtam hoc tantum intendere, ut oblectet, non etiam ut doceat. Contra prudentissimi quique eorum, qui de poëtica disseruerunt, primam quandam philosophiam esse dicunt poëticam.* Similia legas apud Maximum Tyrium, aliosque complures. Vide sis quæ collegit Lipsius in notis ad Vellejum, & in Manud. ad phil. Stoicam passim; ut alios mittam, & in his poëticæ Artis scriptores & priscos & nostrorum temporum, viros profecto insignes. Alias, si Deus volet, de his agam pluribus.

Σοφιστικώτερον) A docenda sapientia etiam poëtæ olim sapientes dicti. Diogenes Laërtius in præfatione: Οἱ δὲ σοφοὶ, καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ, σοφισταὶ, καθ' ἃ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ. Tho. Aldobrandinus vertit. *Sapientes autem etiam sophistæ vocabantur; neque hi solum, sed poëtæ quoque sophistæ, quo nomine Cratinus in Archilochiis Homerum Hesiodumque laudans appellat.* Vide illic plura in notis celeberr. Menagii; aut Casaubonum adi, Animadvers. in Athen. lib. I. cap. XII. Vossiumque, lib. de Nat. & const. Artis Poët.

Σοφιστικώτερον) Reddidi, *arcana quadam docendi*

via. Nomen enim *Sophistæ* a docenda, & antiquissimo quidem ævo, per symbola & involucra fabularum tradenda sapientia. Notus ille versiculus;

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Suidas: Λέγεται δὲ σοφιστὴς, καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων. Et hæc prima fuisse videtur vocabuli hujus significatio.

ʽΥποτίθεται) Interpretor, *subjicit*. Terent. Phorm. Act. II. Sc. III. v. XL.

PH. *Perii hercle, nomen perdidi. D. hem, quid ais? PH. Geta,*

Si meministi id, quod olim dictum est, subjice.

Livius, lib. XXX. cap. XXXI. *Quæ ipsis sua sponte non succurrunt, ea duces admonendo atque hortando subjiciunt.* Sic alii quoque non semel. Græcis vero id valere τὸ ὑποτίθεσθαι, Budæus & Henr. Stephanus docent.

* Σωφρονεῖν) Plutarchus: ʽΗ σωφροσύνη βραχύτης τις ἐστὶν ἐπιθυμιῶν καὶ τάξις, ἀναιροῦσα μὲν τὰς ἐπεισάκτους καὶ περιττὰς, καιρῷ δὲ καὶ μετριότητι κοσμοῦσα τας ἀναγκαίας. Xylander: *Temperantia est contractio quædam cupiditatum & ordo, perimens supervacuas & adscititias, tempestive autem & mediocriter cum decori ratione obsequens necessariis.* Est igitur τὸ σωφρονεῖν, animum purum castumque servare a cupiditatibus vitioque omni. Hoc docet poësis Homerica: docuit certe priscos. Strabo: Οἱ ἀρχαῖοι, τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μέχρι

τῶ

τῆ πλείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον. *Veteres institutionem filiorum usque ad ætatem perfectam produxerunt, poëticam fingendis ad modestiam omnis ætatis moribus sufficere existimantes.* Præcipue tamen continentia, & in hac *metuens alterius viri certo fœdere castitas*, hoc carmen sibi proprium tanquam encomium habet. Eustathius: Σωφροσύνη δὲ τῆς ποιήσεως ταύτης ὁ κεφαλαιωδέστατος σκοπός· καὶ φιλανδρίαν δὲ παιδεύει ἔννομον τὸ βιβλίον τοῦτο, προθέμενον τὴν Πηνελόπην εἰς ἀμφοτέρων ἀρχέτυπον. *Continentia vero poëseos bujus præcipuus est scopus: docetque liber bic legitimum amare maritum, utriusque rei exemplar proponens Penelopen.* Non me fugiunt quæ apud Pausaniam aliosque leguntur de Penelope, his parum convenientia: verum, ut iis detur locus, nihil tamen officere arti, officio, & intentioni poëtæ, satis docent poëticæ artis scriptores. Adeatur etiam Casaubonus dicto loco.

Καὶ βελτίονι μοίρᾳ) Duo igitur promittit, virtutem, & ejus comitem felicitatem. *Ubi autem est virtus & felicitas, quid aliud quæritur? Omnia quippe agenda complectitur virtus, omnia optanda felicitas*, ait B. Augustinus.

Ἐν ὀδυσσείᾳ μάλιστα) Eustathius in procemio. Ἠθικωτέρα δὲ τῆς Ἰλιάδος κατὰ τὴν παλαιὰν ἀλήθειάν ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια· ὅ ἐστι γλυκυτέρα τε καὶ ἀφελεστέρα. ἤδη δὲ καὶ ὀξυτέρα διὰ τὰ ἐν φαντασίᾳ ἐπιπολαίου ἀφελείας βάθη τῶν νοημάτων, ὡς οἱ τεχνικοὶ λέγουσι. τοῦτο γάρ ἐστιν ὀξύτης ῥητορική, νοημάτων βαθύτης ἐν ἐπιπλαζούσῃ ἁπλότητι. *Est autem morata magis Iliade Odyssea, ut vere statuerunt veteres, hoc est, suavior & simplicior: quinetiam plenior acuminibus propter*

pter latentes ſub apparente extrinſecus ſimplicitate profundiores conceptus & ſenſus, uti dicunt, qui de artibus bis ſcripſere. Hoc enim eſt acumen rhetoricum, profunditas ſenſuum ſub ſpecie ſimplicitatis.

Οἷς μὲν καὶ φανερῶς) Cum ſcilicet vel vera ſimpliciter narrando, vel ſalutaria præcipiendo commendat nobis virtutem. Non omnia finxiſſe poëtam, plurium eſt opinio.

Φανερῶς καθιστάμενος) καθιστάμενος τὰ κάλλιστα παραινεῖν, pro, *intendens*, aut *proponens boc ſibi ut pulcberrima quæque præcipiat*, qui ſenſus hic requiritur, non equidem video, qui poſſit dici. Scribendum itaque cenſeo, φανερῶς καὶ ἐνιστάμενος τὰ κάλλιστα παραινεῖν. aut, ut retineatur etiam illud prioris membri καὶ, & mox pro καὶ ἄγε legatur καθ' ἄγε, aut, ut junctim ſæpius legitur, καθάγε, totum hunc locum ſic conſtituendum & interpretandum: καὶ τούτοις, οἷς μὲν καὶ φανερῶς καὶ ἐνιστάμενος τὰ κάλλιστα παραινεῖν, καθ' ἄγε βούλεται, τὸ σκοπὸν κατεργάζεται· οἷς δὲ καὶ κύκλῳ περιιὼν, καὶ ἄλλοις δηλαδὴ καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν εἰς τοῦτ' εὐδαιμονίας τελευτῶν. *Inque bis nunc & manifeſte & boc profeſſus, ſe ad res pulcberrimas bortaturum, finem ſuum conſequitur ex animi ſententia: nunc ambagibus uſus, diverſisque verborum & rerum inventis, tantæ ſit felicitatis compos.* Hic opponuntur ſibi invicem, οἷς μὲν καὶ φανερῶς καὶ ἐνιστάμενος τὰ κάλλιστα παραινεῖν & οἷς δὲ καὶ κύκλῳ περιιών. &c. ut adeo non ſit opus alio καὶ quod reſpondeat ei quod præcedit vocem φανερῶς quam eo, quod eſt ante κύκλῳ περιιών. quod ut notarem, fecit dubitatio viri cujusdam eruditi, cui alioquin conjectura mea, quâ καθὰ legendum putabam, non penitus

tus displicuit. Fateor tamen fuisse, cum & ipse pro eo quod nunc habemus καὶ ἄγε, legendum putarum καὶ ἄπε. Malo autem nunc illud quod dixi, καθάγε, retinere. Etiam τοῦτ' εὐδαιμονίας rescripsi: si aliis invitis, haud cunctabor retinere τοῦτο δαιμονίας, dummodo assentiantur, Hesychium emendandum, & pro voce Δαιμοδία, quæ ab eo exponitur ἡ τῶν ἀρίστων ἐπιβολή, scribendum esse, Δαιμονία.

Κύκλῳ περιιών) In editione Opsopœi fuit κύκλῳ περιιών. Κύκλῳ περιιέναι satis usitatum atque notum est. Pro eodem dicunt etiam κύκλῳ λέγειν, κυκλολογεῖν, καὶ ἀνακυκλεύειν, ut jam ab aliis est notatum. Præter hoc, ὅπῃ παρείκοι, longe usitatius utique hic malim, quam ὅποι παρείκοι.

Ἀποπλευτῶν) Juvenis est elegans & politus, qui malit ἀποπλευτᾷ. Sed quia præcessit περιιών, solentque non raro Græci ea quæ sequuntur, proximis aptare, licet videantur jungenda potius cum remotioribus, nihil temere mutandum fuerit. Sic noster infra, p. 26. v. ult. Ἐξ ὧν κατείδωλος γίνεται, καὶ βέβηλος, καὶ ἀνόσιος· ζῶν μέν τοι ὅμως. Ubi sensus videri queat postulare, ζῇ μέντοι ὅμως. Plura forsitan alias.

Ἐκεῖνο διδάσκειν) Διδάσκειν hic accipio, *aperte ostendere*, aut *disertis verbis dicere* vel *palam facere*. Ut sit sensus, poëtam hoc propemodum digito intento significare, alienis ex casibus aut vitiis, cautis & prudentibus utilia documenta colligi. Romani quoque scriptores imitati Græcos docendi verbo sic interdum utuntur. Virg. Æn. IV.

Sed

--- --- Sed qua ratione quod instat
Confieri possit, paucis (adverte) docebo.

Ovid. Met. I.

Quod tamen admissum, quæ sit vindicta, docebo.

Atque sic non opus fuerit de isto μονονυχὶ, quasi aliter ac vulgo solet, hic positum esset, laborare.

Μετ' ἐξουσίας) Libertatem dicit, qua nos e vitiorum catastis asserimus; de qua copiose Stoici.

IN CAP. I.

Τῆς λωτοφάγων γῆς) Ea fuit in Africa inter duas Syrtes, ad Tritonem fluvium, secundum plerosque. Pomponius Mela secutus Artemidorum a promontorio Boreo usque ad Phycuntem Lotophagos ait porrigi. Qui autem quam longissime eos extendunt, non ultra aras Philænorum, fines eorum statuunt. Hæc & plura de istis Vir eruditionis raræ fama celeberrimus, Isaacus Vossius ad Pomponium Melam, pag. XXXI. Videndi harum rerum curiosis Theophrastus, Strabo, Plinius, Athenæus & Eustathius. De loto tamen ipsa dicam paucis, ut adolescentiæ studiis inserviam: sed nunc quidem non tam meis verbis, quam copiosam Salmasii τοῦ πάνυ de loto dissertationem in compendium mittens, quæ in Exercitationibus Plinianis ad Solinum legitur. Loti nomine veteres pariter & recentes multas & arbores & herbas appellavere. *Arbor lotus alia est Lotophagorum* pecu-

peculiaris, eaque Theophrasto docente, bene magna instar pyri; folia incisa habens, quæ ilicis videantnr. Fructus huic magnitudine fabæ, uvarum modo subinde colores mutans, donec maturescat. φύεται δὲ (Verba sunt Theophrasti) καθάπερ μύρτου τὰ παράλληλα πυκνὸς ἐπὶ τῶν βλαστῶν, id est, Plinio interprete, *nascitur densus in ramis myrti modo*: Salmasio, autem, *nascitur myrtorum modo densus in ramis alterna serie positus*. Hujus loti lothophagiticæ duo sunt genera: alterum nucleis carens, cum interiore ossiculo alterum. Ex fructu etiam vinum exprimebatur, quod Polybius apud Athenæum, cumque eo Corn. Nepos & Plinius durare negant ultra denos dies; alii non nisi bidui aut tridui esse dixerunt. Sed incertum est, ipso fatente Salmasio, ex hoc genere vinum istud, an ex loti Cyrenaicæ fructu exprimatur, de qua mox. Descriptio autem isthæc loti lotophagicæ nulli arbori melius videtur convenire, quam Zizyphæ rutilæ, cujus nominatim meminere recentiores, non item Theophrastus, qui Ζιζύφου nomen ignoravit, ut & reliqui vetustiores Græci, apud quos sub λωτοῦ appellatione latuit. Arborem ipsam in Italia Celtin appellatam scribit Plinius. Herodotus lib. IV. huic loto fructum esse lentiscino parem ait, Dioscorides pipere paulo majorem. quos Salmasius deceptos putat ex eo, quod initio myrti baccas non excedat magnitudine: mox grandior evadat, incrementum simul cum maturitate capiens. Hoc equidem de communi loto prodidisse Polybium: quam confudisse conjicit cum Lotophagica Dioscoridem. Suavitate palmulas sive

ve dactylos referre ait porro Herodotus, vulgoque hoc vesci populos istos.

Alia lotus Cyrenaica, quam disparem Lotophagiticæ fatetur Herodotus lib. II. Hanc eandem esse, quam Polybii verbis describit Athenæus, arbitratur ὁ πάνυ, spinis nempe aculeatam, brevemque arborem, & fruticum generi propiorem, quamque secundo loco ponit Theophrastus. Hanc late per Libyen diffusam, inprimis ad Cyrenem tam copiose nasci, ut hac & paliuro, Hesperidibus (urbs est Cyrenaicæ regionis) vulgo ad focum utantur, etsi sat pulchra huic sit materies, utpote nigriuscula. Fructum majoribus olivis rotundisque, quas Græci φαυλίας dicebant, esse similem; nec tam dulcem quam ἔυστομον, id est, odoris jucunditatem quandam ori conciliantem. Hanc esse haud dubie eandem cum Alexandrina *connaro*, quæ nimirum hodie *Nabea* seu *Nabeca*, & *Oenoplia* dicitur, quæque spinosa est instar acaciæ, latioribus foliis quam Zizyphi, fructu rotundo juglandis nucis magnitudine, dulci odorato. Nec diversam ab hac esse Italicam, cujus meminit Virgilius Georg. II. v. 84. Eandemque Fabam Syriacam alias dictam Romanis, mellam Isidoro.

Herbis etiam bene multis, veteres loti nomen tribuisse constat. sufficerit mihi de Ægyptiaco loto paucula libasse: qui prout ab Herodoto describitur, Colocasiam seu fabam Ægyptiacam radice, partibus cæteris nymphæam albam refert. Creditque cum aliis Salmasius esse *nymphæam.*: sed quum nymphæa locorum alibi non sit radice dulci, quod de loto ait Herodotus, suspicatur deceptos in eo vete-

veteres, colocasiæ radicem, quæ talis est, loto seu nymphææ affinxisse. Vide ipsum p. 972. & 973. Ne tamen prorsus nihil conferam ad hæc & ipse, mendum indicabo in verbis Herodoti, quod nec Salmasius, qui tamen hæc descripta habet, nec alius, quod sciam, animadvertit. quod ut pateat, integra ea dabo, ex Herodoti lib. II. cap. XCII. Ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν. ταῦτ᾽ ἐπεὰν δρέψωνται, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ τοῦ μέσου τοῦ λωτοῦ, τῇ μήκωνι ἐὸν ἐμφερὲς, ὀπτήσαντες, ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς πυρί. Laur. Valla sic vertit. *Quum fluvius plenus campos inundavit, in ipsa aqua exoritur ingens vis liliorum, quæ loton Ægyptii vocant. Ea ubi demessuerunt, ad solem exsiccant: deinde quod medium loti est, papaveri assimile, postquam coxerunt, ex eo faciunt panes assos.* An hoc quidquid est, & quantumvis siccatum sole, ignique tostum subigere possent in panes, nisi prius pistum seu comminutum? nec sane magnopere videretur opus esse floris vel herbæ partes igni torrere, quas & prius solis fervidissimus vapor, qualis in Ægypto est, siccasset satis, & quæ mox in panes cogendæ, furnis vel alia ratione coquendæ essent. Omnino igitur pro ὀπτήσαντες, scribendum, πτίσαντες: quod si ex ratione allata parum liquet, non sinet nos Eustathius ad Odyss. ι. seu lib. x. verss. LXXXIV, dubitare, ubi hæc Herodoti verba sic descripta leguntur. Firmat tamen etiam Plinus, hæc simul, & Theophrastea respiciens, lib. XIII. cap. XVI. *Incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lavando & siccata*

tundunt, *eoque pane utuntur*. Ait eos *capita*, nempe, τὰς μήκωνας, *ſiccata tundere*: id vero eſt πλῦσαι, non ὀπτῆσαι De hoc genere loti Homerum eſſe locutum colligunt quidam, teſte Euſtathio, ex eo, quod dicat, Γαίης λωτοφάγων, οἵ τ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσι. quibus cum & Hyginus ſentire videtur, cap. 125. *Lotophagos Loton ex folii flori procreatum ediſſe* dicens. Cl. Munckerus corrigit, *ex trifolii flore*. Ipſum vide. Verum de loto vereor ne plus ſatis: ſpero tamen hæc ſaltem adoleſcentiæ nec inutilia fore nec injucunda. Quibus vero ſcire libuerit, quomodo hæc priſci vulgo iis aptaverint, qui peregre profecti, & extraneis capti deliciis, patriæ oblivifcuntur, adeant Eraſmum in proverbio, *Lotum guſtavit*, ſive, ut Græce ſonat, λωτὲ ἔφαγε. Quo reſpexit Virgilius in Culice;

--- --- Inter quas impia lotos,
Impia, quæ ſocios Ithaci mœrentis abegit,
Hoſpita dum nimia tenuit dulcedine captos.

Et Silius Italicus lib. III.

--- --- Quos ſucco, nobilis arbor,
Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca.

Ubi ſuccum intelligo, ex quo potum confecere, quem vini nomine dignati ſunt veteres; ut ſupra vidimus. Utrumque uſum loti conjunxit etiam Scylax Caryandenus in Periplo, p. m. 45. τὰ δὲ ἔξω τῆς Σύρτιδος παροικοῦσι λίβυες Λωτοφάγοι ἔθνος, μέχρι τοῦ στόματος τῆς ἑτέρας Σύρτιδος· οὗτοι λωτῷ χρῶνται, σίτῳ καὶ ποτῷ. *Quæ ſunt extra Syrtim,*
incolit

incolit Libyum Lotophagorum natio, usque ad os alterius Syrtidis. Hi loto utuntur, pro cibo & potu. Diversæ tamen arbores erant, quæ cibo, quæque potui hujus gentis servirent. Idem Scylax post pauca: Ἐν δ' τῇ νήσῳ γίνεται λωτὸς, ὃν ἐσθίουσι, καὶ ἕτερος, ἐξ οὗ οἶνον ποιοῦσιν. *In hac insula nascitur lotus, quem edunt: aliaque ejus est species, ex qua vinum conficiunt.* Vide cætera, præsertimque notas Is. Vossii. Neque his tantum duobus modis fruebantur loto: sed & arbor ipsa, ædibus præsertim apposita, delicatis gratum præbebat hospitium: quod lotus in Italia Celtis alias, ut vidimus, dicta, faciebat potissimum. Adeundus Petrus Victorius ad Cic. lib. VII. Fpist. xx. pag. cvi. editionis Grævianæ luculentissimæ. Quinetiam ex loti herbæ floribus coronæ fiebant, de quibus Athenæum lege lib. XV. pag. 677. Vereor enim, ne si diutius his immorer, lotum & ipse gustasse videar.

Συμμίξαι τοῖς Λωτοφάγοις) Bene monet ampliss. Dn. Doctor Brunnerus, videri excidisse τοῖς δ', aut quidpiam hujus generis. Estque infra cap. V. simile mendum, πλὴν ἑνὸς τοῦ πάντας, &c. ubi vide, ni grave est, quæ annotavi. Cæterum paullo ante hæc, de quibus nunc agimus, τὸ ἐξωσθέντας verti *delatum*, veteres secutus. Notum illud Horatii.

Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

Virg. Æn. III.

Huc ubi delati portus intravimus ... ...

 Ubi

Ubi Servius: *Delati, quod necessitatis est; nam voluntate aliquo non deferimur, sed venimus.*

Ὑπὸ τοῖς ζυγοῖς) jugis eos, h. e. transtris alligabat; ubi sedebant remiges; ubi etiam noctu si res ita ferret, somnum capiebant. Videndus de his Socer meus, celeberr. Schefferus in de Militia navali lib. II. cap. v. Loca autem cuique assignabantur vel proretæ imperio, vel sortito: quod me, ut multa, docuit idem cap. III. lib. III. ejusdem operis, quod auctum jam & elimatum denuo, utinam in lucem redeat publicam!

Μὴ ταῦτα) scribe ταὐτά. Error inde natus, quod scriptum fuerat ταὐτὰ, h. e. τὰ αὐτά.

Νῦν μὲν τοῖς δὲ) suspicabar deesse Φερόμενος, aut aliquid hujusmodi: confirmavit hanc conjecturam Clariss. & eruditissimus Collega meus Micrander, cui ἀχθεὶς aut aliud quippiam hujusmodi videbatur excidisse. Ambigo nonnihil tamen annon & hæc ad sequens verbum περιέπει possint referri. Atque huic opinioni meæ magis favet D. D. Brunnerus; sic videlicet construenda hæc esse, puncto sublato, Καὶ νῦν μὲν τοῖς δὲ, νῦν δὲ τοῖς δὲ τοῖς πάθεσι περιέπει τοὺς λογισμοὺς συμμίγνυσι. Et sic versio etiam contrahenda nonihil fuerit: quamquam ea, ut nunc habet, eodem prope tendit. Nam τὸ *amissas* posui sensu quo Plautus, Capitiv. II. Sc. II.

Et te & hunc amittam hinc: alio pacto abire

non potes. Quomodo idem sæpius, alterque Comicus satis item frequenter. Et Virgilius, Æn. II.

Quis-

Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos.

Nec multo secus accipiendum illud Cic. ad Att. *Necesse est servire tempori; & non est amittendum tempus cum sit datum.* Porro τὸ ἁπλῶς verti *temere*: nam ἁπλῶς interdum est *per negligentiam, non accurate*; sive, ut Budæus exponit, *nullo delectu, imperite, stulte.* Eodem modo Romani alterum istud usurpant. Horat. I. Od. XII.

Unde vocalem temere insecutæ
Orphea silvæ.

Ovid. Fast. VI.

Hi temere errabant in opacis vallibus Idæ.

Atque sic Propertius, Livius, Lucanus, alii.

Τῆς γλυκείας ἡδονῆς) Eustathius. Δίκαιοι δὲ μαρτυροῦνται οἱ λωτοφάγοι καὶ φιλόξενοι, ὅθεν οὐδὲ μήδονται ὄλεθρον, ἀλλὰ φιλοξένως διδόασι λωτοῦ πάσασθαι. διὸ καὶ ἡ τῆς κατ' αὐτοὺς ἱστορίας ἀναγωγὴ, χώραν ἡδονῆς τὴν περὶ γεῦσιν, τὴν τῶν λωτοφάγων εἶναι βούλεται γῆν, καὶ τὴν τοῦ λωτοῦ προσφορὰν εἰς τὴν ἐν γευστοῖς ἀρτύσει ἀπόλαυσιν. ἣ κατέχει, ὡς εἰπεῖν, τῆς γλώττης τοὺς αὐτόθι γινομένους, οὐκέτι παλινδρομῆσαι εἰς τὸ ἄλλως βιοῦν ἀφίησι. καὶ οὕτω μὲν οἱ πολλοὶ ὅσοι πρὸς φιλοσοφίαν ἔτι ἔχουσιν ἀτελῶς, οὐκ ἂν τὴν λωτοφαγίτιν παραπλεύσωσιν. ὀδυσσεὺς δὲ ὁ σοφὸς, καὶ τοῦ τοιούτου γλυκυπίκρου κακοῦ περιγενήσεται, καὶ τοὺς μη πειθομένους ἑταίρους, ἀνάγκῃ πειθοῦς ἢ καὶ βίας ὑπαγαγόμενος, παραπλεύσει καὶ συναπαγάγῃ ἑαυτῷ ἔνθα χρή. Postrema hæc sic emendanda censeo: καὶ

τοὺς μὴ πειθομένους ἑταίρους, ἀνάγκῃ πειθοῦς ἢ καὶ βίας ὑπαγαγόμενος παραπλεῦσαι, συναπαγάγῃ ἑαυτῷ ἔνθα χρή. Ut jam omnia ſic verti poſſint. *Lotophagorum juſtitia & hoſpitalitas ſat multis ſit teſtata: unde nec perniciem ſtruunt advenientibus, ſed hoſpitaliter dant loto frui. Quare ſecundum reconditiorem ſenſum hiſtoriæ eorum, Lotophagorum terra ſignificat ſedem voluptatis quæ guſtu percipitur: & lotus in cibos adhibita comparata eſt ad fruitionem earum rerum, quæ palatum gulamque ſuaviter adficiunt. Quæ voluptas retinet, ut ita dicam, lingua comprehenſos, qui ad ipſam venere, nec ad aliam redire ſinit. Atque ſic vulgaria ingenia, quæ nondum in ſtudio ſapientiæ multum profecerunt, haud prætervehuntur oras Lotophagorum. Sapiens autem Ulixes, cum ipſe ſuperabit hoc ſub dulcedine multum amaroris trahens malum; tum ſi quos ſociorum habet immorigeros, vel ſuadendo vel caſtigando ut prænavigent faciens, in loca convenientiora ſecum abducet.* Similia leguntur apud Heraclitum de allegoriis Homericis.

Ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν) in quo ſecundum priſcos, Stoicos præſertim, τὸ ἡγεμονικὸν, *principale* dictum Senecæ Epiſt. XCII. Epicteto τὸ ἡγεμονικὸν κατὰ φύσιν ἔχον, lib. I. diſſert. XV. λογικὸν ἡγεμονικὸν lib. II. diſſ. I. Neque multo aliter Plato. Vide Lipſ. Phyſiol. Stoic. lib. III. Diſſert. XVIII. Wolf. ad Arrianum. Quinetiam Solonis fuit hoc præceptum, Νοῦν ἡγεμόνα ποίει, *Intellectum ducem facito*; teſte Laertio; indeque Stoicis ſumtum τὸ ἡγεμονικὸν ſuum, a celeberrimo Menagio adnotatum eſt.

Τῶν ἀρίστων ἐπιλανθάνονται) Cic. II. de Off. c. x. *Voluptates blandiſſimæ dominæ majores partes animi*

nimi a virtute detorquent. Horat. I. Ep. VI.

Si bene qui cœnat, bene vivit; lucet, eamus
Quo ducit gula: piſcemur, venemur --- ---
--- --- crudi tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti: Cærite cera,
Digni; remigium vitioſum Ithacenſis Ulixei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Ita, non *Ulyſſei*, mſſ. plerique: quorum haudquaquam poſtremæ notæ unum in membranis poſſidet Clariſſ. Schefferus noſter. Et hoc ubique rectius veriusque ſe habere, docet ad Virgilium Illuſtris Heinſius. Quare nec mihi verti velim vitio, quod ſic ſcripſerim frequentius.

Ὁ μέντοι λόγος τῆς φύσεως) Intellgo naturam propriam, (h. e. rationem) quæ non abit a communi. Cic. lib. VI. Epiſt. x. *Nam & ipſe, qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem & ad rerum naturam videtur.* Vide Manutii notas, & Lipſ. Manud. lib. II. diſſ. XVII.

Ἀλήθους ἡδονῆς) Cl. Micrander monet legendum eſſe ἀλήτου. Ego tamen huc magis inclino, ut credam ἀλήθους huic ſcriptori uſurpatum, pro ἀλαθήτου ſeu ἀλήςου aut certe utrumvis horum prætulerim. Nam in hoc ſumma erat poſita mali, quod oblivisci non poſſent Ulyxis ſocii voluptatis iſtius, qua capti tenebantur: idque niſi valde fallor, eſt quod ſpectat hæc ethica interpretatio. Ergo in verſione quoque mea pro *ſubdolæ*, repone, *& memoriæ nimium tenaciter inhærentis.* Paullo poſt, οὐκ ἀήθεις νομὰς de *alimento non inſueto* quosdam accipere malle intelligo. A quibus equidem diſſen-

dissentio : nam hic moralis explicatio traditur istorum; εἶτα ὑπὸ τοῖς ζυγοῖς τῶν νεῶν ἀσφαλῶς μάλιστα καταστήσας. Ubi nulla mentio alimenti. Præterea ut Latinis *pastio* & *pabulum*, ita Græcis νομὴ de homine raro aut nunquam, hoc quidem sensu, videtur usurpari. At *partem*, *congiarium*, *stipendium*, *præfecturam*, & alia quæ dividuntur, sæpe designat. Hæc vero loca, ut supra notatum est, a proreta singulis nautarum tribuebantur.

Καὶ ἐναγώνιος) Hoc accipio de hominibus præsentis animi consiliique, ubicumque res postulat. Quales Ciceroni lib. II. de Off. *quos & futura prospicere credimus, & cum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse.* Ita suadet Isocrates Nicocli, ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας· τοὺς δὲ καθόλου λέγοντας καὶ μηδὲν γινώσκοντας τῶν δεόντων, ἀποδοκιμάζειν. *Consiliarios tum maxime spectare, cum res consilium præsens postulat: repudiat is iis qui in universum de rebus dicunt; quique nihil eorum quæ fieri debent, intelligunt.*

Λόγοις αὐστηροτέροις.) Poteram *austeris magis*: sed alterum præferebam, utpote quod usitatius esset. Ita Ciceroni de Claris Oratoribus *genus dicendi triste ac severum* dicitur, quod Græcis βαρὺ καὶ αὐστηρόν. Ita *Dii tristes*, *tristis senex*, *tristis pater*, & multa pæne ubique obvia. Sic Ovidius ad Augustum.

Tristibus invectus verbis (ita Principe dignum)
Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.

Mitto nunc *tristem saporem* eleganter dici, qui Græ-

Græcis *αὐστηρὸς*. Ita *triſtes ſucci*, *triſtis amaroris ſenſus*, *triſtis lupinus*, *triſtia abſinthia*, & alia paſſim leguntur.

Ἀπρεπέστερος ἐπὶ) Aut ἐνεργητικῶς potius; *& ne inpoſterum ad turpia progredi poſſint*, *cavet.*

Μεταυισησιν ἡδονῇ) Seneca Ep. LI. *Id agere debemus*, *ut irritamenta vitiorum quam longiſſime profugiamus. Indurandus eſt animus*, *& a blandimentis voluptatum procul abſtrahendus.*

IN CAP. II.

Τῆς τῶν Κυκλώπων γῆς) Quam poëta depingit Odyſſ. i. v. 106. lætiſſima eam ubertate omnia ſine labore mortalium progignere: incolas ſpecie corporis eximia, nullis legibus, nulli dominio adſtrictos vivere, ſuæ quemque domui imperantes, victumque quærentes venatu & paſtione; velut ſi ἐν μακάρων νήσοις, aut ſeculo aureo degerent. Vide Ariſtotelem, Polit. I. cap. II. ubi docet vetuſtiſſimos mortales ita ſparſim habitaſſe; domosque ſingulas, & diffuſas ab iis familias quaſi colonias quasdam maximum natu gubernaſſe, patrem nempe filios, avum nepotes. ubi etiam ex hoc poëtæ loco iſtud uſurpat,

--- --- --- Θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ᾽ ἀλόχων. --- --- ---

Siciliam vero incoluiſſe Cyclopum gentem, multi quoque hiſtorici & Geographi memoriæ prodiderunt: ex mente Homeri eorum ſedes in Lilybætano & Drepanitano litore ſtatuendas, inque Æ-

gusa insula docet Samuel Bochartus, vir eruditionis diffusissimæ, in Chanaan, lib. I. cap. xxx. Eosque dictos vult, non ab uno oculo orbiculari; sed a Phœniciis vocabulis, חיק-לוב *chek lub*, quæ planius dicerentur חיק-ללוב *chek lelub*, id est, *Sinus Lilybætanus*, vel, *sinus ad Libyam*. Ita ille suo serviens instituto. Vetus autem opinio fuit, ab Arimaspis Scythis hoc mutuatum; hos oculos in fronte singulos habuisse dictos esse, sive quod per rotundum galeæ foramen viderent, sive quia unum oculum in destinatione clauderent. Strabo lib. I. Τάχα δὴ τοὺς μονομμάτους Κύκλωπας ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας μετενήνοχε· τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασποὺς φασιν. *Cyclopas oculis tantum singulis præditos transtulit forsitan ex historia Scythica: tales enim Arimaspos esse ajunt.* Vide illic plura; quæque in notis collegit Causaubonus, & quæ Vossius de Idolol. lib. III. cap. xcix. Hanc gentem miranda corporum proceritate terribilem fuisse credidere multi; & hoc evincere ossa non semel; illic patrum nostrorum memoria eruta, de quibus prolixe Fazellus. Verum sagaciores docuerunt pro giganteis ossa balænarum & elephantum non raro venditari. Adi Gassendum in vita Peirescii. Cyclopas docuisse primos exstruere turres ex Aristotele tradidit Plinius lib. VII. cap. lvi. Cassiodorus ait eos ædium fabricas invenisse: apud poëtas leguntur antris & specubus montium atque sylvarum contenti fuisse. Plura Turnebus Adversar. lib. XXVIII. cap. xliv. Cluverius antiq. Sicil. lib. I. pag. m. xix.

Ἀυλιζομένας Audiamus poëtam ipsum.

Ἔνθα

Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσ-
σης,
Ὑψηλὸν, δάφνῃσι κατηρεφές· ἔνθα δὲ πολλὰ
Μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον· περὶ δ' αὐλὴ
Ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισι,
Μακρῇσίν τε πίτυσσιν, ἰδὲ δρύσιν ὑψικόμοισιν.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος.

Hæc ad verbum ſic transferunt. *Hinc in extrema parte ſpeluncam vidimus prope mare, excelſam, lauris denſam: hic autem multa pecora, ovesque & capræ quieſcebant: juxta autem aula excelſa ædificata erat exciſis lapidibus, longiſque pinis & quercubus alticomis. Hic vir habitabat ingens.* Vocabulum αὐλῆς illic *aula* vertitur. Non improbo plane: ſcio enim a Græcis hoc ſumtum. Nec ignoro apud Horatium *aulam* a doctis exponi *atrium*, aut ut Varro appellavit, *ſubdival*; videlicet lib. I. Epiſt. 1.

- - - *lectus genialis in aula eſt.*

Quemadmodum tamen apud Homerum nemo ſatis apte αὐλὴν Latine redderet *atrium*, ita nec *aulam*, ut ego quidem arbitror. Vocabulo αὐλῆς utitur Chriſtus Dominus noſter Joh. x. v. 16. Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης. ubi nemo vertit, *quæ non ſunt ex hac aula*: ſed *ex hoc ovili*, vel *ex hac caula*: poſſent etiam, nec male, *ex hac coborte. Cobors* enim, ſeptum eſt hujuſmodi fere, quale hic intelligimus. Alia nempe *cobors vicinalis* ſeu *villatica*, locus nempe vel ædium parietibus vel maceria clauſus, ad animalia domeſtica continenda. Sic utitur hac vo-

ce etiam Cicero II. de Oratore, cap. LXVI. Videndi de hac, Varro lib. IV. de Lingua Lat. lib. I. & II. de Re Ruſt. Columella non uno loco, cui *cobortales aves* ſunt quæ Ovidio Faſt. IV. v. 704. *cobortis*, Martiali lib. VII Epigr. 31. *cobortis aves*. Ex recentioribus plura de hac cohorte collegerunt Lipſius de Mil. Rom. lib. II. cap. IV. & Salmaſius Exercit. Plin. p. CCCX. Alia *cobors agris atque ſylvis*, locus cratibus aut retibus clauſus, ad mutandas manſiones, pecusque continendum. De hac Varro lib. II. cap. II. de R. R. *Hæc magis ad villaticos greges animadvertenda. Contra illæ, in ſaltibus quæ paſcuntur, & a tectis abſunt longe, portant ſecum crates, aut retia, quibus cohortes in ſolitudine faciant, cæteraque utenſilia.* Ubi ἀντὶ τοῦ *illæ* mallem *illis*: & forſitan pro *quæ*, rectius legeretur *qui*: ſed retineri quoque poſſet *quæ*, ut *pecudes* vel *pecora* ſubaudiamus. Prior emendatio certe neceſſaria videtur: aut certe poſt *longe* majori opus eſt diſtinctione. De hac cohorte ubertim agit in opere longe jucundiſſimo de Opilionibus Socer meus Cl. Schefferus, quod nondum editum, ſed jam prælo paratum eſt. Ἀυλὴ Cyclopis ad villaticam cohortem propius accedere videtur: idemque Homerus Iliad λ΄. v. 773. conjungit αὐλὴν καὶ χόρτον. vide illic interpretem, & Athenæum lib. V. p. 189. F. ubi præter alia: Ὅμηρος τὴν αὐλὴν ἀεὶ τάττει ἐπὶ τῶν ὑπαίθρων τόπων. *Homerus vocem* αὐλὴν *ſemper ponit de ſubdivalibus locis.*

Εὑρεῖν καὶ θέσθαι) cum verterem, *inveniſſe in antro caſeorum, bædorumque & agnorum copiam, indeque aliquid delibaſſe*, ſequebar partim fabulam ipſam,

psam, perspicuitati studens, partim conjecturam meam, legendum esse ratus θῖξαι aut χεῦσαι. Opsopœus voluit θεᾶσθαι, a quo non dissentit Cl. Micrander. Cujus en ipsius verba. *Puto legendum θεᾶσθε vel ἰδέσθε, etsic πάντα ad ἄρνων &c. referendum: μετὰ vero, pro μετὰ ταῦτα vel ἔπειτα more poëtico capiendum. Cæterum quia casum non secundum, sed quartum postulant verba præcedentia, per ellipsin abesse puto, hicque subintelligendum πεπληρωμένα vel γεμόμενα vel quid hujus.* Hæc ille. Considerandum arbitror, annon respexerit hic noster illum versum poëtæ.

Ἐλθόντες δ᾽ εἰς ἄντρον ἐθηεύμεσθα ἕκαστα.

Venientes vero in antrum mirabamur singula: & num verbum ἐθηεύμεσθα noster interpretandum putaverit ἐθεασάμεθα. hoc si verum: firmatur conjectura Opsopœi & Micrandri: sin malumus cum antiquis recte eum vidisse θηεῖσθε esse θαυμάσαι, videndum censeo, scripseritne & ipse θηεῖσθαι, vel potius θαυμάσαι.

Λαβεῖν τι καὶ ξένιον) verti, *Si quod forte munus hospitale ab eo acciperet.* Corn. Nepos in Hannibale, cap. VIII. *Africam accessit, si forte Carthaginienses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque inducere posset.* Liv. lib. XXIV. cap. XXXVI. *Et Himilco secutus nequicquam Marcellum Syracusas, si qua, priusquam majoribus copiis jungeretur, occasio pugnandi esset.* Atque hæc ellipsis frequens optimis scriptoribus. Possis tamen etiam; *Ut hospitale munus ab eo acciperet.*

Τοῦτο συντίθεμαι) rectius haud dubie τούτῳ. sed

in textu ab editione Opſopœi diſcedere nolui.

Τρέφειν τὰ ἄλογα πάθη) Auguſtinus de Civ. DEI, lib. VI. cap. III. *Vel hominum ſunt iſta inſtituta, vel dæmonum. Non quales iſti vocant dæmonas bonos: ſed ut loquar apertius, immundorum ſpirituum, & ſine controverſia malignorum; qui noxias opiniones, quibus anima humana magis magisque vaneſcat, & incommutabili æternæque veritati coaptari atque inhærere non poſſit, invidentia mirabili, & occulte inſerunt cogitationibus impiorum; & aperte aliquando ingerunt ſenſibus; & qua poſſunt, fallaci atteſtatione confirmant.* Nec pagani hoc penitus neſcivere. Vel unum Porphyrium vide, lib. II. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, cap. XXXVII. & ſequentibus. Capite XI. inter alia hæc leguntur. Πᾶσι γὰρ τοῖς οὕτως ἀνομολόγως καὶ ἀκαταλλήλως γινομένοις, αὐτοὶ χαίρουσι, καὶ ὥσπερ ὑποδύντες τὰ τῶν ἄλλων θεῶν πρόσωπα, τῆς ἡμετέρας ἀβουλίας ἀπολαύουσιν, προσεταιριζόμενοι τὰ πλήθη, διὰ τὸ τὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαίειν ἔρωσι καὶ πόθοις πλούτων καὶ δυναστειῶν καὶ ἡδονῶν, κενοδοξίαις τε αὖ, ἐξ ὧν στάσεις καὶ πόλεμοι φύονται, καὶ τὰ συγγενῆ τούτων. h. e. interprete Valentino. *Omnibus enim ita diſſentanee & inconcinne viventibus oblectantur* (dæmones *puta*) *ac velut induti aliorum Deorum perſonas, inconſulta noſtra temeritate fruuntur; multitudinem in ſocietatem ſuam adſciſcentes, hominum hujuſmodi cupiditates amoribus & deſideriis divitiarum, principatuum, voluptatum, & inanis gloriæ ambitione ſuccendentes, unde ſeditiones & bella oriuntur, hisque conſimilia.*

Τὸν δὲ νοητὸν κύκλωπα) Euſtathius ad impetum animi, ira aut crudelitate efferati, refert. Ἡ δὲ ἀλη-

ἀλληγορία, εἰς θυμὸν αὐτὸν μεταλαμβάνει θηριώδη, ὡς καὶ προσεδηλώθη καὶ μικροῦ, (corrigendum puto, ὡς καὶ προδεδήλωται aut προεδηλώθη πρὸ μικροῦ) ἢ σαρκοβόρον, ὅτε πολὺς ἐκβρασθῇ. οὗπερ εἷς ὁ ὀφθαλμὸς, ἐπεὶ ὁ θυμούμενος οὐ μεριμνίζει, οὐδὲ διαφόρως βουλεύεται, ἀλλ' εἰς ἕν τι καὶ μόνον ἀφορᾷ, τὴν τοῦ οἰκείου θελήματος ἄνυσιν. Ὀδυσσεὺς δὲ τὸν τοιοῦτον θυμὸν, οὐκ ἀναιρεῖ μὲν εἰς τὸ πᾶν. οὐ γάρ ἐστι τὸ τριμερὲς ἀπολέσθαι ποτε τῆς ψυχῆς, οὗ μέρος καὶ ὁ θυμός. ἐκτυφλοῖ δὲ, οἷς (lege ὃς aut ὅστις) τὰς θηριώδεις ὁρμὰς καὶ φονικὰς ἀπρακτεῖν ποιεῖ τῷ κύκλωπι. πῶς δὲ αὐτὸν ἐκτυφλοῖ; οὐκ ἄλλως πάντως ἀλλ' ἢ ἀπορραθυμήσας αὐτὸς καὶ οἷον ἐπιμύσας τοῖς αἰσθητοῖς πράγμασιν, ἅπερ εἰς θηριωδίαν προσκαλοῦνται αὐτόν· καὶ οὕτω δόξας ἐκτυφλῶσαι τὸν ἐν ἑαυτῷ κύκλωπα. ὁ δὲ συστέλλων εὐλόγως τὴν τοιαύτην θέαν, ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐκτυφλοῦν ἂν ἐκεῖνον λέγοιτο. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, παρουσία μὲν ἡ τῶν αἰσθητῶν προσκαλεῖται, ἀπουσία δὲ, ἀπωθεῖται. *Allegorice Cyclops de fero & indomito animi impetu accipitur, (ſicuti paulo ante oſtenſum eſt) & carnivoro, hoc eſt, cædibus humanis delectato, quoties multus atque collectus efferveſcit. Ejus unus eſt oculus, ſiquidem concitus ira, non deliberat particulatim; non diverſa rationum momenta expendit: Sed in unum quid, & hoc ſolum intendit animum, ut videlicet ſuæ voluntati morem gerat. Ulixes vero hanc animi vim, non quidem abolet in totum: neque enim umquam perire poteſt tripartitum illud animæ, cujus impetuoſum hoc & mobile pars eſt una. Excæcat vero, quisquis feroces & ad cædem feſtinantes impetus Cyclopi languidos & inutiles reddit. Quomodo autem excæcat illum? non aliter prorſus, quam ſi elangueſcat ipſe, & quaſi conniveat ad exter-*

externorum sensuum opera, quæ ad feritatem ipsum provocant; sic visus excæcare, qui in se ipso est, Cyclopem. Sed & is, qui ratione compescit in alio hunc, quem dixi, aspectum; diverso ritu ferum illum excæcare censendus est. Ita etiam cupiditatem sensilium rerum excitat præsentia; absentia submovet. Brevius quicunque ille est seu Heraclides seu Heraclitus de allegoriis Homericis. Τὸν δὲ ἄγριον ἑκάστου θυμὸν, ὡσπερεὶ καυτηρίῳ τῇ παραινέσει τῶν λόγων ἐπήρωσε. *Ferocem vero cujusque agrestemque animum oratione monitoria tanquam cauterio elidit.* Paulo aliter, sed tamen ut sic quoque possit explicari, Arriani Epictetus lib. I. cap. XXVII. Ἔνθεν μὲν ἂν δύνωμαι τὰ ἐκτὸς μεταθεῖναι πρὸς τὴν βούλησιν τὴν ἐμαυτοῦ, μετατίθημι· εἰ δὲ μὴ, τὸν ἐμποδίζοντα ἐκτυφλῶσαι θέλω. *Ubi igitur res externas ad meam voluntatem transferre possum, transfero: sin minus, eum qui me impedit, excæcare volo.* Hic Wolfius: *Excæcare volo eum a quo impedior.* τὸ ἐκτυφλῶσαι *pro adimere facultatem impediendi intelligo. Videtur alludere ad Homericum Polyphemum, quo excæcato Ulysses ex antro evasit.*

IN CAP. III.

Εἰς Αἰολίδα νῆσον) De insulis Æoliis, & utrum e septem illis quas Vulcanias dicunt, hic aliqua sit intelligenda, interpretes poëtarum, & Geographi disquirunt. Ipsos adeat studiosus harum rerum lector, addatque veteribus Salmasium, Exercit. Plin. ad Solin. pag. CXXXVI. Ad Æolum ipsum quod attinet, Homerus Odyss. κ'. inter alia narrat sex ei natos, totidemque natas fuisse, has autem

autem fratribus ſuis matrimonio junctas. Quæ allegoria licet non ſit difficilis, quomodo tamen ab Euſtathio explicetur, audiamus. Ὅτι τὸν ῥηθέντα Αἴολον, ὁ τῆς ἀλληγορίας λόγος εἰς ἐνιαυτὸν ἀνάγει. διὸ καὶ δίδωσιν αὐτῷ δώδεκα παῖδας, τὴν τῶν μηνῶν δωδεκάδα· καὶ τούτων τὰς μὲν θηλείας λέγει, τοὺς καρποφόρους δηλαδὴ μῆνας, καὶ κατὰ τὰ θήλεα γεννητικούς. τοὺς δὲ, ἄῤῥενας, ὅσοι δηλονότι οὐ τοιοῦτοι, συμβάλλονται δὲ ἄλλως τῇ γῇ πρὸς γονιμότητα, τὴν ἐφεξῆς, ὁποῖοί τινες οἱ περὶ τὸ ἔαρ. οὓς δὴ παῖδας τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ζυνηρμόσθαι λέγει, διὰ τὸ κατὰ τὰς ὥρας οὐ μόνον ἐναρμόνιον, ἀλλὰ καὶ ἀλληλουχούμενον. *Allegoriæ ratio memoratum Æolum ad annum refert: quare illi duodecim dant natos, menſium nempe duodecim prolem. Horum partem aliam fœmellas dicit, menſes videlicet fœcundos, quique mulierum inſtar parere poſſunt. Aliam mares, diſſimiles iſtis; terræ tamen ad fertilitatem ſecuturam aliquid conferentes; quales ſunt quos ver ſequitur. Quam anni progeniem apte cohærere dicit, eo quod ſingula anni tempora, non modo arcte juncta ſint; ſed & invicem ſe decenter excipiant.* Huc pertinet Cleobuli ænigma, jam ante laudatum eruditiſſimis viris, qui de ratione temporum ſcripſerunt, & a Celeberr. Menagio in notis ad Laërtium emendatius exhibitum. Heraclitus de Allegoriis Hom. pleniſſime & elegantiſſime ſingula explicat. Nec inficeta ſunt quæ habet brevior Homeri interpres; (quem Didymum eſſe, cum aliis non paucis Clariſſ. & Doctiſſ. Vincentium Placcium in perjucundo opere de ſcriptoribus anonymis & pſeudonymis exiſtimare video) Sed ejus verba in mendo cubant: tentemus emendare. Talia vero hodie circumferuntur. Τινὲς δὲ ἀλληγοροῦν-

τες, Αἴολον μὲν λέγουσι τὸν ἐνιαυτὸν, δώδεκα δὲ παῖδας τοὺς μῆνας. τινὲς δὲ ὅτι παρετήρησεν ἀστρολογίας ἔμπειρος ὢν, ἡλίου ὄντος ἐν ταύρῳ, Ζέφυρον πνεῦσαι. οἱ δὲ ἄνεμοι πνέουσιν ἐνίοτε, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὡς καὶ πολλοί, καὶ γὰρ ἡμεῖς δίχα βασιλικοῦ προστασσόμενοι προστάγματος. Ultima horum, ex quibus nunc commodnm vix elicias ſenſum, ſic puto correctiora legi poſſe. οἱ δὲ ἄνεμοι πνέουσιν ἐνίοτε κατ' ἐνιαυτούς. ὡς γὰρ οἱ πολλοὶ, καὶ ἡμεῖς, καίπερ δίχα (aut δίχαπερ) βασιλικοῦ προστασσόμενοι προστάγματος. *Quidam vero ſenſu allegorico Æolum dicunt eſſe Annum; duodecim vero liberos, menſes. Alii quod, cum peritus eſſet Aſtrologiæ, obſervaverit, Sole in Tauro exiſtente, Zephyrum ſpirare. Flant vero venti nonnunquam ſtato anni tempore: quod ut vulgus ait, ita & nos, quamquam citra regium id ſtatuentes edictum.* Ut hoc velit: Ventos quidem alios atque alios ſtatis anni temporibus flare: idque ſe cum vulgo credere: ſed tamen ita, ut rem minus certam, regio edicto, quod Æolus fecit, firmare, & ſuum cuique vento diem aſſignare non ſuſtineat. Porro tres hujus nominis fuiſſe, docent veteres. Unum Hellenis filium, Crethei, Athamantis & Siſyphi patrem: alterum Deucalionis λόγῳ, Jovis autem γόνῳ. tertium Hippotæ, de quo nunc agitur. Vixiſſe dicitur Iliacis temporibus: ac poſt ſocerum ſuum Liparum in inſulis regnaſſe Vulcaniis, quæ poſtea Æoliæ ab eo nominatæ. Addunt fuiſſe Regem, ut pium, juſtumque, ita ſideralis & nauticæ rei pro temporibus illis peritiſſimum, hominesque ab eo edoctos vela facere, & ex nebulis ſurgentibns prædicere tempeſtates; item de ventis futuris multo ante ſtatuere ex anni tempo-

re:

re: atque ob iſta poſt mortem habitum eſſe ventorum Deum. Hæc ita Voſſ. lib. III. Theol. gent. Plenius qui noſſe volet, adeat Strabonem lib. I. ubi Polybii refert hac de re ſententiam; item Diodorum. Siculum, Plinium, Palæphatum, Servium Varronem exſeribentem, Tzetzen, & alios: item ex recentioribus Caſaubonum ad Strabonem, Voſſium d. l. & admodum reverendum D. D. Brunnerum Virum de me ſtudiisque meis bene meritum; in notis eruditiſſimis ad Palæphatum, eap. XVIII. pluresque alios. Ethieas allegorias qui quærunt, his Æoli regia eſt humanus animus, ex quo multæ validæque paſſionum & perturbationum erumpunt procellæ. Hoc ſimili, ut de aliis nune non laborem, memini virum pia eruditione inſignem, Theophilum Spizelium, uti, in opere perneceſſario ae ſalutari de vitiis literatorum.

Τὺς πυρπολῦντας) Heſychius interpretatur, τὺς περὶ τὴν πυρὰν ἀναςρεφομένους, h. e. *eos qui juxta pyram verſantur:* neque aliter Seholiaſtes Homeri brevior, ſive is Didymus eſt, ſive alius. Ego dieere mallem, *qui verſando alunt augentque ignes.* Euſtathius: πυρπολῦντες, οἱ τὸ νυκτὸς (rectius forte τῦ νυκτὸς) πῦρ καίοντες διὰ τὺς πελαγίζοντας. *qui noctu ignem excitant navigantium cauſſa.* Antiquum vero, nee hodie ignotum eſt ubique inſtitutum, ſuecenſis ignibus prælucere navigationi nocturnæ, & ſeopulos ac litora indicare. Hoſtium quoque ineurſus repentini, pyrarum in hoc jam multo ante congeſtarum flammis late lucentibus ſignifieari ſolent. De quibus ut hic pluribus agamus non eſt opus.

Καὶ κακότεχνον) Intelligit artis magicæ maleficia. Cyrillus Catech. I. ab aliis jam laudatus testis. Οἰωνοσκοπία, μαντεία, κληδονισμοί, ἢ περιάμματα, ἢ ἄλλαι κακοτεχνίαι, ἢ ὅσα τοιαῦτα, λατρεῖαί εἰσι διαβόλου. *Auspicium, vaticinium, sortilegia, amuleta, aut aliæ malæ artes, & quæcunque bujusmodi, cultus sunt diaboli.* Quo igitur tot illas laudes Æoli, si diras istas ac nefarias artes secutus est? Propter solam utique felicitatem externam non crediderim eum ab Homero dici φίλον ἀθανάτοισι θεοῖσιν, a Plutarcho lib. de exilio θεοφιλέστατον. Suspicor igitur eum peritiæ naturalium rerum, studiisque per se non malis magica miscuisse; homines autem simpliciores dæmonicas præstigias, & præsertim prædictiones, ut miraculosas & divinas, admiratos fuisse. Quod eo magis credibile factum esse in paganicis tenebris, cum his quoque seculis, aut proavorum certe memoria, extiterint, qui non vererentur magicas artes publice in scholis profiteri. Vide asserentem hoc idoneis testimoniis Vossium, de Idololatr. I. cap. VIII·

Τῆς νεὼς πόδα) πόδες νεὼς, *pedes navis*, dicuntur funes, quibus velum intenditur utrinque ad proram: alias πρότονοι appellati. Utuntur e Romanis scriptoribus Plautus, Catullus & Virgilius. Plinius quoque, lib. II. cap. XLVII. *Iisdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus, ut noctu plerumque vela concurrant.*

Ὀδυσσεὺς ἐστιν ἀνήκεστος) Vox ἀνήκεστος adhibetur a Græcis scriptoribus ubi quid prorsus simile illi, de quo agunt, appositumque videntur sibi attulisse. Porphyrius de antro Nympharum p. m. 259. τὰ δ' ἀλιπόρφυρα φάρη ἀνήκεστος ἡ ἐξ αἱμάτων ἂν ἐξυ-

ἐξυφαινομένη σάρξ. Vertit vir eruditiſſimus: *Et telæ purpureæ omnino erit caro ex ſanguine contexta.* Planius diceres, *Telis iſtis purpureis ſanguinea caro eſt ſimillima.* Ita Clementis illud lib. VI. Stromat. Σόλωνος ἢ ποιήσαντος.

> Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

Ἄντικρυς ὁ Θέογνις γράφει,

> Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται,

Neſcio an perperam vertatur, *Aperte ſcribit Theognis*, aut *ſimiliter plane.*

Γόησι καὶ Φαρμάκοις) Magiam, quæ ope dæmonum perficitur, duplicem olim faciebant, albam & nigram. Nigra Græcis γοητεία dicebatur, a planctu ad ſepulcra, quo eliciebantur Manes. Hæc horridior ſemper viſa, & quia per eam ſpiritus impuri ciebantur noxiique, habebatur iis deteſtabilior, qui credi volebant ad ſapientiam, mentemque puram & bonam adſpirare. Albam quaſi honeſtiorem, θεουργίαν appellabant; quam philoſophi quidam non incelebres haud aſpernandam auſi ſunt ſtatuere: utpote per quam certis ritibus dæmones, ut iſti autumabant, boni, ſive Dii minores, nec imi aëris, ſed æthercarum ſedium incolæ devocati, multa ſciſcitantibus aperirent arcana, præſagirent futura, mirandaque alia producerent: & quod ſimulabant ante omnia agi, ad animam purgandam, & Deo adunandam concurrerent. Jamblichum, Pſellum, Proclum, & ſimiles non levem huic impendiſſe curam ſatis conſtat. Porphyrius quoque per theurgiam promittebat animæ

purgationem, timide tamen & cunctanter, teste Augustino lib. X. de Civ. D. cap. IX. qui artis hujus profanissimæ nugas breviter & succincte detegit. Suidas loco θεουργίας habet μαγείαν, cui γοητείαν, & quasi diversam ab his speciem tertiam φαρμακείαν, i e. *veneficium*, addit. Si quis volet de his plura, Del Rio adeat, Vierum, & alios. Sed quam periculosa sit in talibus curiositas, nec unum his quoque seculis fœde sic corruisse, docet præclare Spizelius in de vitiis literatorum, comment. ult.

Καὶ γέλωτα προσφλισκάνειν) Non in istis tantum, sed & aliis vana spe nimium placentibus inceptis, folles aut utres hi locum habent. Ipsius poëtæ κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοὶ jam sunt vulgatissimi. Juvenalis quoque Sat. VII.

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles.

Persius Sat. V. tales *anbelanti folle ventos premere* dixit. Sed audiamus eos qui de hac præcipue agunt fabula. Apulejus in Apolog. *Tamen, inquam, per me fuerit repertissimum; sic enim, si vis, arbitrare; ut olim Ulixis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum manticularentur.* Eustathius. Ἔστι δ' ἐνταῦθα εἰπεῖν οὐκ ἔξω ἀστειότητος, καὶ ὅτι καθάπερ πίθος ἐλπίδων παρ' Ἡσιόδῳ, οὕτω καὶ νῦν παρ' Ὁμήρῳ ἀσκὸς ἐλπίδων οὗτος τῷ Ὀδυσσεῖ, δυσέλπιδι ὄντι τοῖς ἀνέμοις ὄντι. Ἀλλ' Ἡσίοδος μὲν, ἐγκλειομένην ἐᾷ τῷ πίθῳ τὴν ἐλπίδα, ἥ τίς ποτε ἐκείνη ἐστίν· ἐνταῦθα δὲ, ἐξορμᾷ τοῦ ἀσκοῦ, καὶ ἀνέμοις φέρεται. Οὐκ ἂν δὲ δυστραπελίας εἴη μακρὰν, καὶ ἀσκῷ τῷ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα εἰκάσαι

σαι τὰς ἐλπίδας κενάς τισιν ὑποτείνοντα, καὶ ἐπὶ ψευδέσιν ὄντα φυσίγναθον· ἐφ᾽ οὗ οἰκεῖον εἰπεῖν τοὺς ἠπατημένους καὶ τό, ἀσκὸν μὲν ἔλυσαν, ἄνεμοι δ᾽ ἐκ πάντες ὄρουσαν· αὐτὸ γὰρ καλὸν εἰπεῖν, καὶ περὶ λίνος ἢ ἄλλως ἀπαιδεύτου πνέοντος, ἢ πρὸς ἀπεραντολόγον καὶ οἷον ἐρυγγάνοντα τὸ παρεμπεσὸν ἀλαζονικῶς ἢ ἑτεροίως ὁπωσοῦν. In primis his, poſt verba πῖθος ἐλπίδων excidiſſe ſuſpicor τῷ Ἐπιμηθεῖ· forſitan & plura quædam. Ut vero iſta ſe nunc habent, nihil eſt in protaſi comparationis, cui hoc quod in apodoſi eſt, τῷ ὀδυσσεῖ, reſpondeat. Videant etiam doctiores, an illic præterea deſit λύεται, aut potius ἀνοίγεται, aut ſimile quid. Ita ſane facilius verti poteſt totus locus. *Etiam boc non absque urbanitate licet dicere; ſicut dolium cui ſpes inerat apud Heſiodum Epimetheo: ita nunc apud Homerum utrem ſpe plenum Ulyxi eſſe ſolutum, cui jam in ventis magna erat ſpes. At Heſiodus ſpem, quæcunque demum ea eſt, dolio relinquit incluſam: hic vero proruit ex utre. ventisque aufertur. Sed neque hoc procul joco fuerit, ſi quis cum Ulyxeo folle inanes intendentem ſpes, & vanis rebus inflatum atque turgidum comparaverit. In quo qui decepti fuerint, convenienter queant dicere:*

Vincla labant, & cuncta foras ſe flamina produnt. Quod ipſum recte uſurpari poteſt de eo, qui alioquin magna ſpirat, cum indoctus ſit: aut in garrulum hominem & inficeti ſermonis, quique inſolenter eructat quidquid in buccam venit: & ſi quid hujusmodi fuerit præterea.

Τὸ περὶ τὰ τέλη καταῤῥαθυμεῖν) Et veniæ miſericordiæque minus habet factum in prope prehenſo jam portu naufragium, & plus odii damnique, fru-

fruſtra jam maris totius moleſtiis laboribusque ſuperatis: præſertim ſi per ſocordiam gubernatoris evenit. Ita qui in cataſtrophe deficit poëta, nihil adjuvatur ab adhibitâ circa primam fabulam diligentiâ. In aliis quoq; negotiis, ac præcipuè bellicis, maxime intendi debet cura, cum imminet finis; *ſæpèque non tam acceſſio quærenda, quam fortuna metuenda eſt*, ut ait Cicero, lib. II. Epiſt. XI. Ubi vide quæ notavit ὁ πάνυ Gronovius.

Καὶ τὸ πειρᾶσθαι συλᾶν) Vere Heſiodus:

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτησιν.

id eſt, *Ne lucrifacias ex malis rebus: mala lucra damnis paria.* Et Chilon apud Laërtium & Stobæum: Ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν. *Damnum præfer malo lucro.*

IN CAP. IV.

Οὐδὲ τὰ περὶ τῶν Λαιστρυγόνων) Sedes Læſtrygonum a veteribus poni, nunc in Sicilia, & Læſtrugonas eosdem ac Leontinos fuiſſe, a leoninis moribus dictos, (unde & Λαιστρυγὼν a Phœnicio ליש־טרקן *lais tircan*, i. e. *leo mordax*) & alludere huc etiam *Liſſi* fluvii nomen: nunc in Italia, ubi poſtea coluerunt Aurunci, docet celeberr. Bochartus in Chanaan, hoc eſt, Geogr. Sacræ parte II. lib. I. cap. xxx. & xxxiii.

Λάμου τοῦ βασιλέως τῶν Λαιστρυγόνων) Ab hoc Lamo Lamiarum apud Romanos familia genus ſe ducere ajebat. Vide Horatii interpretes ad lib. III. Od. xvii. quæ ſic incipit:

Æli

Æli vetuſto nobilis ab Lamo.

Τοσοῦτον ὑψηλὰς) Aut aliquid exeidit, aut non ſatis intellexit hos poëtæ verſus interpres noſter, quos etiam alii ſubobſcuros eſſe fatentur.

> Ἑξῆμαρ μὲν ὁμῶς πλέομεν νύκτας τε καὶ ἦμαρ.
> Ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον,
> Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, ὅθι ποιμένα ποιμὴν
> Ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει.

Sex dies quidem navigavimus continuo, noctu atque interdiu: Septimo autem venimus Lami ad excelſam urbem, longe diſtantes habentem portas Læſtrygoniam, ubi paſtorem paſtor evocat intro agens pecora; ille vero expellens audit. Interpres hic noſter ad altitudinem collium, in quibus eſſent portæ, reſpici putaſſe videtur, ſi hæc ſatis integra ſunt: quaſi poëta ideo dicat paſtorem egredientem ex urbe, cantum & ſtrepitum ingredientis audiviſſe, quod utraque porta in edito eſſet ſita: & quod ex locis exeelſis per plana & depreſſa ſonus ſe diffundat latius, cum nihil eſt quod ei officiat Verum hæc interpretatio mihi quidem ſe non ſatis probat: uti nec tot aliæ, quas cæteri afferunt. Alluſio quoque ad Auruncorum nomen, quaſi ab Hebraico אור *or*, i. e. *lux*, ea eſſet, ipſo fatente Bocharto, frigida foret admodum. Acutiores videntur antiqui, Crates in primis, docens Homerum finxiſſe Ulyxem veniſſe in ea loca, ubi æſtate perquam breves, & pæne nullæ ſint noctes. Illic enim paſtor veſperi pecudes reducens, bubulci cantum e-

O vo-

vocantis boves in pascua potest audire; quippe qui matutino aut etiam nocturno tempore melius queunt pasci, antequam se diurni æstus intendunt. Firmant hæc quæ sequuntur.

Ἔνθα κ' ἄυπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθοὺς,
Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων.

Illic insomnis vir duas caperet mercedes; unam bubus, alteram ovibus nitidis pascendis. Armenta mane aut noctu, pecora interdiu, aut certe vesperi melius vult pasci: satis igitur illic superesse lucis pastioni utrorumque parandæque mercedi geminæ, modo quis pervigilare possit. Ait porro Crates, hæc loca Draconis caudæ supposita, ab Arato sic designari.

--- --- --- ἧχί περ ἄκραι
Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλησι.

Ubi extremi miscentur occasus & ortus sibi invicem. Neque obstat, Ulyxem eo septem dierum navigatione venisse. Homerus alia nude narrat, alia simplibiter fingit, alia miscet: nunquam enim sine suavitate vult docere; occurruntque apud eum hujusmodi ἐκτοπισμοὶ non pauci: de quibus infra breviter. In primis vide quæ ex Eustathio afferam ad cap. X.

Μοῦνον τῶν ἄλλων) Non solus evasit, sed solus cum navi sua. Reliqui aut perierunt, aut abierunt navibus exuti. Hoc est quod in versione mea intendebam.

Τῷ πλείστῳ κτάνεται μέρει καὶ θανατοῦται) Vivere est

ἐνεργεῖν

ἐνεργεῖν κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, i. e. *operari ſecundum propriam perfectionem ac virtutem* docente Ariſtotele. Hoc qui non facit, vix *eſt*, nedum ut *vivat*. *EST enim, quod ordinem retinet, ſervatque naturam: quod vero ab hac deficit, ESSE etiam, quod in ſua natura ſitum eſt, derelinquit*, ut ait Boëthius de Conſol. Phil. lib. IV. proſ. 11. Sed & cum ſacris litteris hæc bene conveniunt: videturque noſter in hoc ſcripto Chriſtianum egiſſe non ſemel. Quod ad hunc locum attinet, inſpice Matth. VIII. v. 22. Luc. IX. v. 6. Epheſ. II. v. 5. 1. Tim. V. v. 6.

Προσκρούειν τοῖς κρείττοσι) P. Syrus in mimiambis:

Fulmen eſt, ubi cum poteſtate habitat iracundia.

Notæ ſunt fabulæ, lebetis & ollæ, agni & lupi, accipitris & columbarum; multaque ſapientum hac de re monita, quæ nunc non congero.

IN CAP. V.

Ἐπὶ τὴν Αἰαίαν νῆσον) Plerique Αἰαίην Homeri Κίρκαιον Italiæ oppidum eſſe volunt: Circejos vocant Latini. Promontorium eſt, non inſula, etſi ſpeciem præbeat inſulæ. Nomen illi Strabo putat eſſe ab Æa urbe Colchorum, habetque aſſentientem, ut plerumque, Euſtathium. Hyginus Ænariam vocat. Vide Cluver. Sicil. antiq. lib. II. p. 467. Iſ. Voſſ. ad Melam. Noſter ad allegorias omnia referens, luctuoſam ſcite interpreta-

tur; nam αἶ αἶ vox dolentium: & quid nisi triste restat voluptate perditis?

Πλὴν ἑνὸς τοὺς πάντας) Existimo præcedentia, οὐ γάρ τοι προὐφαίνετο πόλις, ἤ τι τῆς πόλεως σύμβολον, esse includenda παρενθέσει; posthæc deesse προηγουμένους εἶναι, aut etiam alia plura. Nisi mavis sic refingere: τοὺς δὲ πλὴν ἑνὸς πάντας, &c. Verum quomodo in Circes venerint ædes, exceptique ab ea fuerint, non videtur omisisse scriptor noster.

Τὴν φαύλην καὶ ἀλόγιστον ἡδονήν) Sic etiam alii plerique interpretantur. Eustathius. Κίρκη ἡ κατὰ τὰ γευστὰ ἡδονὴ, καὶ ἡ ἐκ τρυφῆς κατασάρκωσις. ἧπερ οἱ ἐμπελάσαντες, ἐκθηλοῦνται μὲν οἷον τῇ ἀλογίᾳ. καὶ οὐ μόνον ἄλλως ἀλογίζονται, ἀλλὰ καὶ εἰς χοίρους μεταποιοῦνται χαμαιευνάδας, κάτω βρίθοντας καὶ ἀνακύπτειν οὐκ ἔχοντας. *Circe est voluptas gustum adficiens, quæque luxum & delicias sequitur, obesitas & hebetudo: ad quam qui propius accedunt, ratione ademta efferantur. nec solum aliis modis multis irrationales fiunt, sed & in porcos humi se volutantes mutati, deprimuntur in terram, nec sustinent cælum suspicere.* Libet in gratiam adolescentiæ paulo plenius hæc considerare. In ædibus Circes primæ occurrunt leonum atque luporum formæ. Voluptas enim habere videtur grandes ac vehementes impetus, & pabula sua rapit avidissime. nihil tamen vere magni aut generosi adest ei; sed quemadmodum Circæi leones & lupi repente accurrunt, mox obvios quosque adulantur: ita degener iste motus libidinum cito languescit, pariterque animi vim & robur omne frangit atque elidit, ut mens hominis hebetata nihil se dignum moliatur. Jamque propiores ædibus,

Κίρκης

Κίρκης ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ,

Circen intus ſuavi voce canentem audiunt: quibus lenociniis allecti, non verentur inſidioſas fores pulſare: hæc hoſpitibus comem ſe ac facilem præbet. Quemadmodum vero ſoli Eurylocho ultroneæ blanditiæ ſuſpectæ fuerunt: ita pauci admodum ſentiunt quantæ hic inſidiæ lateant. plerique ſimplices & improvidi permittunt ſe deæ fallaciſſimæ, poculumqve in ipſorum perniciem mixtum avide educunt. Quo facto, patriæ, ducis, navis omniumque bonarum rerum memoria penitus deletur ex animo: venenoſiſſimæ deliciæ captos habent poſſidentque totos, nec ſinunt meminiſſe meliorum. At Circe tam lætum modo renidens, ſubito in diram redit faciem, potentique virga & magico murmure tactos in ſues mutat, coercet haris; nec epulis & vino amplius, ſed glandibus & ſiliquis paſcit. Voluptatem nempe ingens e veſtigio amaror, & faſtidium ſui conſequitur: immunditiæ quoque, marcor ac tetræ ſordes non animum minus quam corpus occupant. Cic. V. de finibus, cap. XIII. *Omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut ſine animo ſint, aut non multo ſecus, earum ſummum bonum in corpore eſt: ut non inſcite illud dictum videatur in ſue, animam illi pecudi datam pro ſale, ne putiſceret. Sunt autem beſtiæ quædam, in quibus aliquid ſimile ineſt virtutis, ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis: in quibus non corporum ſolum, ut in ſuibus, ſed etiam animorum aliqua ex parte motus quosdam videmus. In homine autem ſumma omnis animi eſt, & in animo rationis: ex qua virtus eſt: quæ rationis abſo-*

lutio definitur. Similia legas apud Senecam Epist. CXXIII. Plinium Hist. Nat. III. c. v. Max. Tyrium differt. XXVI. Macrobium Saturn. II. cap. VIII. Nonium Grammaticum, & alios. Audiamus tamen Clementem Alex. in protreptico. Οἱ δὲ σκωλήκων δίκην, περὶ τέλματα καὶ βορβόρους, τὰ ἡδονῆς ῥεύματα κυλινδόμενοι, ἀνονήτους καὶ ἀνοήτους ἐκβόσκονται τρυφάς, ὑώδεις τινὲς ἄνθρωποι. Ὕες γάρ, φησιν, ἥδονται βορβόρῳ μᾶλλον ἢ καθαρῷ ὕδατι, καὶ ἐπὶ φορυτῷ μαργαίνουσι, κατὰ Δημόκριτον. *Alii vero vermium instar in lacunis & cœno, voluptatum nempe fluentis volutantur, & insanas quasdam nihilque profuturas delicias depascuntur, porcini quidam homines. Porci enim, cœno magis quam pura aqua gaudent & hi ut Democritus dicit, in colluviem insano feruntur impetu.* Etsi autem humana corpora sic mutarentur in suilla: negat tamen poëta simul animas mutatas, sed has illis mansisse ait.

— — νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ.

Lege Plutarchum in Gryllo, qui hæc instituto suo aptat lepidissime. Porro non tamen totam mentem, sed partem ejus duntaxat fuisse servatam sic mutatis, vetusta fuit fama: de qua sic uterque Homeri vetus interpres. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ ὡς οὐχ ὁ σύμπας νοῦς τοῖς τοιούτοις περισώζεται, ἀλλ' ὁ κατὰ μόνον τὸ φιλάνθρωπον· διὸ καὶ σαίνουσιν. ὥσπερ καὶ οἱ δελφῖνες ἐξ ἀνθρώπων γενόμενοι, φιλάνθρωποι οὐκ ἔλιπον βιοτὰν, κατὰ Πίνδαρον. *Ajunt veteres non totam mentem sic affectis servari, sed illam partem solam, qua hominum sunt amantes. Ideoque adulantur; haud secus ac delphines ex hominibus facti, hominum*

num amantes vivere non desinunt, ut ait Pindarus. Quæ ut non insuaviter memorantur, ita dixerit quis hoc quoque mentis manere iis indeperditum, quod eos accuset quotidie, vellicetque aurem, admonens non hanc hominis esse vitam. Donec interveniat Ulyxes philosophus, herbam moly afferens a Mercurio datam; & hanc nigra quidem radice, sed flore lacteo; cujus ope infelices socii pristino decori restituuntur. Disciplina nempe severior, & eruditio, cujus obscura quidem & amara sunt initia, sed exitus longe candidissimi lætissimique, ad purgandos animos & sanandos præsentis remedii loco datur divinitus; matureque ac diligenter adhibita deterget quidquid sordidum & suillum manet; nec absistit prius, quam fuerint *homines hoc nomine digni.*

Ἔμφρονι καὶ κριτικῷ λόγῳ) Hæc ita conjungi vult amicus quidam meus: & sic exciderit copula καὶ ante τὸ ἔμφρονι. Ego etsi non nesciam θυμὸν opponi λόγῳ· θυμὸν ἔμφρονα tamen sive impetum animi non temerarium, aut tumultuantem; sed cautum, sibi constantem, & rationi morigerum. Ita ἔμφρων βίος, ἔμφρων φύσις & similia apud Platonem & alios; ἔμφρων ὀδυσσεὺς in eadem hac re Palladæ vocatur; cujus epigramma cum nostri scriptoris explicatione probe conveniens non pigebit exscribere, quod legitur Anthol. I. cap. LXX.

Τὴν Κίρκην οὐ φημὶ, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος,
Ἀντ᾽ ἀνδρῶν ποιεῖν ἢ σύας ἠὲ λύκους,
Τοὺς αὐτῇ προσιόντας· ἑταίρα δ᾽ οὖσα πανοῦργος
Τοὺς δελεασθέντας πτωχοτάτους ἐποίει.

Τῶν

Τῶν δ' ἀνθρωπείων ἀποσυλήσασα λογισμῶν,
Εἶτ' ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχοντας ἔτι,
Ἔτρεφεν ἔνδον ἔχουσα, δίκην ζώων ἀλογίστων.
Ἔμφρων δ' ὢν Ὀδυσεύς, τὴν νεότητα φυγὼν,
Οὐχ Ἑρμοῦ, φύσεως δ' ἰδίας δώρημα λογισμὸν
Εἶχε γοητείας φάρμακον ἀντίπαλον.

Hoc tumultuaria opella ſic vertere tentabam:

Quis Circen homines olim mutaſſe luporum
Atque ſuum formis, credat, Homere, tibi,
Secum congreſſos? captos meretricula nempe
Deliciis, opibus fecit egere ſuis.
Quos ubi deſtitui ſanæ rationis ab uſu,
Re ſimul exutos conſilioque videt:
Intus alit clauſos pecorum ritu atque ferarum:
Aſt Ithacus, juvenum vincla cavere ſciens,
Quam non Mercurius, ſua ſed natura miniſtrat,
Pharmaca, vim mentis, qua mala vincât, habet.

Ita igitur & θυμὸς ἔμφρων, quem ad omnes illecebras, dolos & technas, imo etiam quosvis caſus & terrores præmeditatum & munitum, non facile fuerit capere. Videor legiſſe νοῦν λαβὼν ἔμφρονα, (quamquam is non plane idem) & apud poëtas ἔμφρονι θυμῷ vel ἐχέφρονι, quæ tamen nunc non ſuccurrunt. At εὔφρονα θυμὸν certe dixit Homerus, Odyſſ. ε'. v. 531. & per periphraſin Iliad. ν'. v. CCLXXII.

--- οἱ

--- οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός.

Verum de his alias forsitan accuratius.

Καὶ οὐχ ὅπως αὐτὸς οὐχ ἁλίσκεται) Varinus in Lexico: Οὐχ ὅπως, ἀντὶ τοῦ οὐ μόνον τὸ οὐχὶ λαμβάνεται. οἷον, πενταετὴς χρόνος οὐχ ὅπως φιλοσοφοῦσιν ἀπαρκεῖν ἔμοιγε φαίνεται, ἀντὶ τοῦ οὐ μόνον οὐχὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν Exempla plura collegerunt alii. Vide autem annon articulus τὸ ante οὐχὶ sit delendus· Idem fieri apud Latinos, ut *non modo* accipiatur pro, *non modo non*, docet P. Manutius ad Cic. I. Epist. IX. p. m. LXVII. & LXVIII. Hoc obiter.

IN CAP. VI.

Εἰς τὰ τοῦ Ὠκεανοῦ πέρατα) Si quis exacte velit definire ubi poëta gentem ponat Cimmeriorum, metuo ne ipse in Cimmeriis tenebris sit versaturus. Primo notum est Cimmerios supra Pontum Euxinum juxta Bosporum ab ipsis dictum habitasse; quos a Scythis Nomadibus pulsos sedibus suis, Joniam Lydiaque infestasse, Herodotus non uno loco refert. Hos quidem vix intelligit poëta, etsi hoc firmare quis posset, vulgi opinionem tunc obtinentem, & Cimmerios istos non ignoraret; quippe quorum magna pars, Treres dicti, circa ejus tempora venerint in Asiam. Homero tamen sermonem esse volunt plerique de Cimmeriis qui in Italia fuerint, aut revera, aut per poëticam μετακίνησιν illuc translati. Hoc postremum sensisse videtur Strabo, etsi cum Ephoro alibi dicat, nisi fallor, illic eos vere fuisse. Ver-

ba ejus lib. I. p. xx. hæc ſunt. οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βοῤῥᾶν καὶ ζοφώδη, μετήγαγεν εἰς σκοτεινόν τινα τόπον, οἰκείως τὸν καθ' Ἅιδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιίαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. Ὅτι δὲ οἶδεν αὐτοὺς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον, ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφοντες. In MSS. vox οἰκείως ponitur poſt verbum μετήγαγεν· ut ego arbitror, rectius: ſenſus enim eſt, Homerum apte & convenienter hos Cimmerios, fabulæ continuandæ & exornandæ cauſa, in tenebroſam Italiæ regionem tranſtuliſſe. Inſpice ſedulo, lector optime; ſpero te mihi acceſſurum. Si ut nunc editur, poſteriori loco ponendum eſſet adverbium οἰκείως, τὸν οἰκείως καθ' ᾅδην, non οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην ſcripſiſſet Geographus. Nunc ad iſtum fere modum licebit, opinor, hæc interpretari. *Ita quum ſciret Cimmerios habitare ab ipſis dictum illum Boſporum, in boream verſum, & caligine obſitum; apte ſatis tranſtulit eos in locum tenebroſum, qui apud inferos eſt, quique ſatis illi videbatur idoneus ad pertexendam errorum hujusmodi fabulam. Hos autem Homero notos fuiſſe, annalium ſcriptores docent, referentes irruptionem Cimmeriorum aut in ea quæ paulum præceſſere, aut in ipſa illius tempora.* Straboni aſſentitur Euſtathius, ad Odyſſ. λ'. ut ſæpe alias: forſitan & plures, quos inveniet cui otium fuerit talia rimari. Idem tamen Euſtathius ad Odyſſ. κ. v. 513. cum iis facere videtur, qui revera eos in Campania circa Bajas & Cumas fuiſſe ſtatuunt. quos recenſet, ipſe iis accedens, Sam. Bochartus Geogr. Sacr. part. II. lib. I. cap. XXXIII. p. m. DCLIV. *De cætero* (verba ſunt magni hujus viri)

viri) *quod Ephorus refert apud Strabonem, eos in subterraneis domibus degere, quas argillas vocant, ac per cuniculos quosdam inter se commeare, nec unquam egredi e terræ cryptis, more accepto a majoribus*, mere esse fabulosum deprehendit Coccejus, *acto ab Averno lacu Cumas usque cuniculo*. Festus non tam ad cryptas aut cavernas, quam ad diuturnas montium umbras spectare has tenebras putat. *Cimmerii dicuntur*, inquit, *homines qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Bajas & Cumas, in ea regione, in quâ convallis satis eminenti jugo circumdata est, quæ neque matutino neque vespertino tempore sole contegitur*. Pro ultimis istis legi malim, *neque vespertino sole contingitur*, nam illud *tempore* irrepsisse videtur e glossa: *sol matutinus* & *vespertinus* satis usitatum & elegans. Sol denique nihil regit; sed omnia nudat & aperit. Suspicor Festum scripsisse ἀπτέχ... (?), *contigitur*; (sicut apud Plautum & Terentium habemus *attigere* pro *attingere*: de quo Vossius in Etymol. voce *Tango* prolixe) atque hinc natum errorem. Videtur autem Festus respexisse hæc Ovidii Metam. XI. v. 592.

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni:
Quo nunquam radiis oriens mediusve cadensve
Phœbus adire potest — — —

Porro non solæ hæ tenebræ; sed & alia multa (uti censent) fecere, ut Homerus illic cœtum Manium, ac pæne ipsos inferos, cumque his Cimmerios statueret. Nimirum sulphuris rivi, subter-

 ranei

ranei ignes, fontesque calidi, priſcis temporibus graviſſimi odoris: de quibus ex veteribus multa collegerunt Geographi recentiores; quædam etiam Voſſius lib. II. Theol. gent. p. m. 721. Addunt aquas infernales, Acherontem, Avernum, Stygem: quarum in iſtis locis Italiæ ἀπορρῶγες. item νεκυομαντεῖον illud celebre in Averno ſive Aorno, in quod conſulendi cauſſa veniſſe ferunt etiam Ulyxem. Hæc & plura illi: ſed nec inepte quis putaverit Cimmeriis hiſce Homericis fingi locum ex arbitrio poëtæ, non ex rei veritate. Dicit certe poëta ipſe ad fines Oceani hæc geſta. Interpres Homeri brevior, ad Odyſſ. λ'. v. 14. Ἄλλοι δὲ Κιμμερίους φασὶν ὑποτίθεσθαι τοὺς κατὰ δύσιν οἰκοῦντας, καὶ προσοικουμένους τοῖς κατὰ τὸν ᾅδην τόποις ἢ νεκροῖς. ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς κεῖσθαι. *Alii vero dicunt Cimmerios haberi occidentis incolas, & juxta inferorum loca habitantes, ſive prope mortuos: ex eo quod in Heroum ſiti videantur ſedibus.* Intelligo in campis Elyſiis, aut beatorum inſulis. Hic enim ajebant heroum animas verſari poſt mortem: ſive in Hiſpania, eique proximis minoribus inſulis, ſive in Canariis aut Fortunatis. Notum illud auctoris ignoti apud Athenæum, lib. XV.

Φίλταθ' Ἁρμόδιε, οὔπω τέθνηκας.
Νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι,
Ἵναπερ ποδώκης Ἀχιλλεὺς,
Τυδείδην τέ φασι τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα.

Hoſt eſt; *Cariſſime Harmodie, nondum mortuus es: in inſulis fortunatorum te eſſe ajunt; ubi pernix eſt Achilles, & Tydides, ut ajunt, fortis Diomedes.* Sed ut

ut de Cimmeriis pergamus agere, poëtæ hos ad ſedes Manium ponere ſolent. Tibull. III. eleg. V.

Elyſios olim liceat cognoſcere campos,
Lethæamque ratem, Cimmeriosque lacus;
Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta,
Et referam pueris tempora priſca ſenex.

Idem lib. IV. Carmine ad Meſſalam.

Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras,
Quis nunquam candente dies apparuit ortu,
Sive ſuper terras Phœbus, ſeu curreret infra.
Vidit, ut inferno Plutoni ſubdita regna
Magna Deum proles levibus diſcurreret umbris.

Hic *magna Deum proles* heroes ſunt: Verum poſtremi duo verſus vix ſatis ſani. Nam duriuſculum fuerit, ſi dixeris hæc verba *ſubdita regna inferno Plutoni magna Deum proles* κατ' ἐπεξήγησιν, ſive, ut hodie loquuntur, per appoſitionem accipienda eſſe. Aut igitur excidit verſus unus & alter, aut legendum fortaſſe,

Vidit, ut in furvo Plutoni ſubdita regna
Magna Deum proles levibus diſcurreret umbris.

Doceant eruditiores, præſertim qui antiquis libris inſtructi ſunt. Valerius Flaccus Argonaut. lib. III. v. 399.

Eſt procul ad Stygiæ devexa ſilentia noctis
Cimmerium domus, & ſuperis incognita tellus.

Cæruleo tenebrosa situ: quo flammea numquam
Sol juga, sidereos nec mittit Jupiter annos.
Stant tacitæ frondes, immotaque sylva comanti
Horret verna jugo: specus, umbrarumque meatus
Subter, & Oceani præceps fragor; arvaque nigro
Vasta metu, & subitæ post longa silentia voces.

Secundum versum sic omnino legendum censeo; Carrioni autem, qui τὸ *Cimmerium* in *Eumenidum*, quamvis boni libri sui ductu, perperam mutavit, nequaquam accedendum; quod tamen in editionibus illo recentioribus factum. Verum de his pluribusque aliis erudiet nos Vir Illustris, & de cultiori antiquitate præclare meritus, Nicolaus Heinsius, in futura editione poëtæ hujus præstantissimi, cui a tot barbarici ævi maculis liberando unus omnium maxime par esse potest. Cujus editionis habeo velut certa quædam pignora, doctissimas ejus epistolas, multorum Valerii locorum emendationem felicissimam continentes, quibus me pro summa humanitate sua ornare non est gravatus, cum juvenilia quædam in Valerio tentamenta mea illi misissem. Utinam favore simili crescentia fovere studia nostra etiam alii dignentur.

Τὴν τῆς Γοργοῦς) De Gorgone consulant juvenes nostri talium rerum scriptores; in primis Palæphatum, & quas in eum notas quondam edidit eruditissimas, plurimum reverendus D. D. Brunnerus. Duplicem vero philosophi faciunt ἀπολίθωσιν, τὴν μὲν τοῦ νοητικοῦ, τὴν δὲ τοῦ ἐντρεπτικοῦ. Vide Arriani lib. I. Diss. V. *Sed* & præterea λιθοῦσθαι vulgo *dicunt, quos obstupefacit, atque attonitos reddit*

dit admiratio rei, unde ortum est commentum de capite Gorgus, teste Ger. Jo. Vossio Instit. Orat. lib. IV. p. m. XCVII. Adde Junium in adagio, *Tanquam Gorgone conspecta.* De animali Gorgone videndus Athenæus lib. V. pag. CCXXI. quem exscribit fere Eustathius ad Odyss. λ'. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἱστορεῖ, ὡς ἐν τοῖς ξ Ἀθηναίου φέρεται, ὅτι τὴν Γοργόνα τὸ ζῶον, καλοῦσιν οἱ ἐν Λιβύῃ νομάδες, ὅπου καὶ γίνεται, κατώβλεπτα ἢ κατώβλεπτον (scribe κατώβλεπα ἢ κατώβλεπον) Ἔστι δὲ προβάτῳ ἀγρίῳ ὅμοιον, ὡς δέ τινες, μόσχῳ. τῇ δ' ἀναπνοῇ, πάντα τὰ ἐντυγχάνοντα διαφθείρει· καὶ ἐμβλέψαν δὲ κτείνει, οὐ συνθήματι, ἀλλὰ τῇ γινομένῃ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων φορᾷ. Τοιούτῳ δ' ἂν εἰκάζοιτο ζώῳ, πᾶς ὁ κατὰ πρόσχημα μὲν ἀρετῆς κάτω νεύων εἰς τὴν γῆν, ἄλλως ἢ πῦρ, ὅ φασιν, ὧν εἰς φθοράν. *Alexander Myndius, ut in Athenæi scriptis fertur, narrat animal Gorgus dictum nomine, Numidas Afros, apud quos nascitur, appellare catoblepa aut catoblepon. Est autem simile ovi feræ; ut alii, vitulo. Halitu obvia quæque corrumpit; simulac vero intuetur, necat: non spiritu, sed oculorum radiis emissis. Huic autem bestiæ comparari possit, quicumque sub prætextu virtutis nutat in terram; cum tamen ignis, ut ajunt, fit in perniciem.* Prolixius de eodem Ælianus, Hist. Animal. lib. VII. cap. V. quem exscribere non vacat. Quod vero ajunt veteres, non halitu sed obtutu hoc animal obvios necare, magnus ille Vossius improbat, lib. III. de Idolol. cap. LXXII. Quod ad nomen attinet, Græcis κατώβλεψ καὶ κάτω βλέπων aut junctim κατώβλεπον, Latinis, ut Plinio, Pomp. Melæ, & Solino dicitur *catoblepas*, si recta est librorum veterum scriptura:

ptura: idque ea forma, qua κατωφαγᾶς, (si credimus Salmasio ad Solin. p. 398.) de quo Suidam consule.

Κατείδωλος) Hæc vox inter ea est, quæ mihi persuadent Christianum fuisse hunc scriptorem nostrum. Legitur ea de civitate Atheniensium, cultui superstitioso idolorum deditissima, Act. XVII. v. 16. Hic significare videtur, divinationibus magicis, ut νεκυομαντείας, aliisque his affinibus, auspiciis quoque, somniis, aliisque signis & simulacris rerum inanibus superstitiose deditum hominem, aut certe εἰς τὴν ἀθεότητα, ἢ τὴν τῆς ἔξω πολυθεότητα, quam in salutarem veri DEi agnitionem & cultum, proniorem,

Πονηρά τινα εἴδωλα) Spectra intelligunt sæpe veteres nomine εἰδώλων; sed qualia ea putarent, & in universum quid de istis partim vulgo crederent, partim doctiores argutarentur, vide apud eos qui laudantur ab interpretibus ad illum Virgilii versum, Æn. IV.

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Imprimis consulendus Turnebus in Adversariis, & Cælius Rhodiginus. Sed nec male hæc Eustathius explicat, ad Odyss. λ'. v. XXXVII. ἰστέον δὲ, ὅτι φάντασμα ἦν τὰ τοιαῦτα τῷ Ὀδυσσεῖ. ἐπεὶ καὶ κλῆρος (scribe λῆρος) ἦν ἑλληνικός. τὰ ἀέρα εἴδωλα τῶν τεθνεώτων σκιώδη καὶ ἀμυδηνὰ σχηματιζόμενον, καὶ ὡς οἷον ἐν σκιαγραφίᾳ εἰκονικῇ τυποῦντα, φαντάζειν οὕτω τοὺς βλέποντας, ὡς τόν τε γέροντα, τοιοῦτον εἶδος ἐναπλῦναι (rectius ἐναπαλῦναι) τῷ ἀέρι· καὶ τὸ βεβλημένον δὲ τοιαύτην θέαν ἐκθεῖναι (puto ἐνθεῖναι) αὐτῷ,

τῷ, καὶ τοὺς λοιποὺς ὁμοίως· ὥστε ἐκεῖνο βλέπεσθαι, ὃ καὶ ζώντων προεφαίνετο. *Sciendum vero, spectra hæc fuisse Ulyxi: siquidem Græcanicæ sunt næniæ, aërem simulacra quædam mortuorum umbratica & levia effingendo, & velut in tenui pictura, singula adumbrante membra, repræsentando, ludificari sic intuentes. Ut jam & senex iste tali aërem forma inficiat: & alter qui tecto dejectus interierat, se lapsu attritum in eo referat; & cæteri pariter. ita ut illud in ipsis conspiciatur, quodcunque notatum fuerat in vivis.*

IN CAP. VII.

Πρὸς τὰς σειρῆνας) De Sirenibus argute Martialis lib. III. epigr. LXIV.

Sirenas, bilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Ulyxes dicitur reliquisse.

Adde reliqua, ut plenum habeas epigramma: sed ea huc non pertinent. At pertinent quæ apud eos leguntur scriptores, quos illic Raderus nominat, ab ipsis potius petenda. Ne tamen hæc nesciant adolescentes, quorum non pauci libris illis carent, magni verbis Vossii hic utar, compendifacturus per ea, quæ Sirenum historiam breviter exhibent. Is igitur sic, lib. III. de Idololatr. cap. xcix. *Sirenes in fictitiis Plinio avibus babentur. Id miretur quispiam, qui cogitet, vulgo a pictoribus, quia maris monstra credantur, effingi superioris corporis*

poris parte virginea, inferiori autem piscium. Sed tale quid apud veterum legas neminem. His enim superne formosæ erant virgines, inferne aves. Unde Ovidius Metam. V. fab. VII.

--- --- Vobis, Acheloides, unde
Pluma, pedesque avium, cum virginis ora geratis?

Atque hanc etiam sententiam legas apud Ælianum lib. XVII. de Animalibus, cap. XXIII. Item Servium in VI. Æn. & Suidam. Etsi autem varie eas interpretentur antiqui: maxime tamen verisimile est, fuisse psaltrias, corpore quæstum facientes; quæ transeuntes allicere, allectos detinere, detentos & animo corrumpere, & pecuniis ac honesto nomine exuere solerent. Idem lib. IV. cap. LI. *Sunt tamen qui vere piscem, sive semipiscem, ac semimulierem, aut plane mulierem, sed mutam, ac pæne brutam censeant: atque hæc firmatum eunt muliere illa anno* CIↃCCCCIII. *in Frisia capta, & Edamensi oppido Harlemum delata: ubi nere didicit, ac annos vixit complures, & postmodo in cæmiterio sepeliri meruit, eo quod, ut ajunt, sacro Crucis signo honorem exhibuisset.* Nominat dein aliquot Belgicorum annalium scriptores; qui hæc prolixius narrant. Sed ne per omnia in his ludi suspiceris, lector, adeas Athanas. Kircherum lib. III. de Magnete, part. 6. cap. 1. quique ea descripta habet, Wormium in Museo, lib. III. cap. XI. ubi & sceleton manus, & costam Sirenis hujusmodi, accurate figurata habes, uti & alia quædam ex Barlæo aliisque jucunde narrata. Item Franciscum Re-

Redium, Experim. Nat. p. m. xciii ubi Sirenis hujus generis picturam cernes, in multis convenientem cum descriptione Kircheri. Præterii Gyraldum, qui & ipse de forma Sirenum agit pluribus; & ex antiquis Strabonem, de sepulcro Sirenis Neapolitano nonnulla memorantem: lepida item illa, quæ de Sirenibus Nymphisque aliis & Semideis affert Plutarchus lib. de oraculorum defectu, & alia aliorum pæne infinita. Sirenes non quaslibet a veteribus pro fictis habitas, colligere licet etiam ex sacrorum LXX. interpretibus librorum, Job. xxx. v. xxix. Ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν. ᾠδικούς τινας ὄρνιθας interpretatur B. Chrysostomus: quemadmodum & Ælianus, hist. anim. lib. XVII. cap. xxii. & xxiii. aves quasdam Indicas, nominatim orionas & catreos ob cantus suavitatem Sirenes appellat. Sed apud Jobum interpretes plerique *draconum* vocem habent, quæ cum Hebraica תַּנִּים *tannim*, quæ nunc *serpentes* aut *dracones*, nunc *balænas* aut *cete* alia denotat, magis convenit. Adde Esa. xiii. v. xxi.

Ἀνθηρούς τινας λειμῶνας) poëta νῆσον σειρήνουν vocat. *A Strabone tres illæ parvæ insulæ, quæ sunt in sinu Pæstano aut Cumano, modo Sirenes, modo Sirenusæ vocantur, uti & Ptolemæo Sirenusæ. Mela Petras vocat, hoc est,* σκόπελοι. *Aliis insula quam in Hetrusco mari Sirenes tenuerunt, Anthemusa dicitur.* Hæc Casaubonus ad Strabonem. Servius ad Æn. V. sub finem, ait eas *primo juxta Pelorum, post in Capreis insula habitasse.* sic enim habet editio Norimbergensis A. MCCCCXCII. ubi reliquæ, quas ego quidem vidi, mendose, *in Caphareis insulis.*

Ἐιτ' ἐξ ἀμφοτέρων) Aut hæc vulgi noſter dat credulitati; aut priſcorum de ſemideis, dæmonibus & heroibus opinionem refert. Non ignoro tamen extitiſſe his quoque ſeculis, qui de genere quodam, hominum ſpirituumque medio, autumaverint neſcio quid: joco an ſerio, ipſi viderint.

Τὴν σύμπασαν μουσικήν) De Sirenibus quas Plato ſphæris octonis præfecit, ſuccincte & erudite diſſerit Ammonius apud Plutarchum, Sympoſ. lib. IX.

Καὶ ἀπατηλὰς ἡδονάς) Demophilus in ſimilitudinibus Pythagoricis. Δεῖ ὥσπερ σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν. τὸ καταστάδιον τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα. *Voluptates Sirenum inſtar prætereundæ ſunt ei, qui virtutem tanquam patriam viſere cupit.* Fulgentius lib. II. Mythol. inter alia quæ de his habet, ſeculo condonanda quo vixit, ſic diſſerit non inepte. *Sapiens Ulixes, Syrenas, id eſt, delectationum illecebras & audivit & vidit, id eſt agnovit & judicavit, & tamen tranſit nihilominus. Ideo quia auditæ ſunt, mortuæ ſunt: in ſenſu enim ſapientis omnis voluptatis affectus moritur. Ideo volatiles, quia mentes amantium permeant celeriter: inde gallinaceos habent pedes, quia libidinis affectus omnia, quæ habet, ſpargit.* Nec voluptates tantum ipſæ, ſed quicquid ad eas invitat, & blande allicit, Sirenibus deſignatur. Horat. II. Sat. III.

--- --- --- *Vitanda eſt improba Siren*
Deſidia. --- --- --- ---

Cumprimis vero transmittendæ ſunt molles matrum nimis indulgentium voces; & delicatorum hominum

num quorumvis contagio fugienda. Sen. Epist. xxxi. *Ad summam, sapiens eris, si cluseris aures: quibus ceram parum est obdere: firmiori spissamento opus est, quam usum in sociis Ulyxem ferunt. Illa vox quæ timebatur, erat blanda, non tamen publica: at hæc quæ timenda est, non ex uno scopulo, sed ex omni terrarum parte circumsonat. Prætervehere itaque non unum locum insidiosa voluptate suspectum, sed omnes urbes: surdum te amantissimis tui præsta. Bono animo male precantur. & si vis esse felix, deos ora, ne quid tibi ex his quæ optantur eveniat. Non sunt ista bona, quæ in te isti volunt congeri: unum bonum est, quod beatæ vitæ caussa & firmamentum est, sibi fidere.* Idem Epist. cxxiii. postquam multas id genus voces retulisset, quibus aures claudi jubet, sic finit. *Hæ voces non aliter fugiendæ sunt, quam illæ, quas Ulyxes nisi alligatus prætervehi noluit. Idem possunt: abducunt a patria, a parentibus, ab amicis, a virtutibus, & in turpem vitam miseros turpius illidunt. Quanto satius est, rectum sequi limitem, & eo se perducere, ut ea demum sint tibi jucunda, quæ honesta?* Apud Ciceronem lib. V. de fin. bon. & mal. cap. xviii, Piso Sirenum fabulam transfert ad innatum cognitionis & scientiæ amorem, quo tenemur non sine valetudinis reique familiaris detrimento. Sanctos ecclesiæ Patres non piguit ad illustrandas res omnium gravissimas maximasque hæc interdum adhibere. Ut B. Hieronymum, præfatione in lib. Josuæ; ubi nota eum in secundo casu, numero multitudinis dicere *Sirenarum*, quomodo & Fulgentius, & auctor libelli qui sub Daretis Phrygii nomine circumfertur, & alii illorum

rum temporum inflectere solent. Exscribam vero in studiosorum gratiam verba Clementis Alexandrini, quæ leguntur paullo ante finem protreptici. Φύγωμεν οὖν τὴν συνήθειαν, φύγωμεν οἷον ἄκραν χαλεπὴν, ἢ χαρύβδεως ἀπειλὴν, ἢ σειρῆνας μυθικάς. ἄγχει τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἀληθείας ἀποτρέπει· ἀπάγει τῆς ζωῆς. παγίς ἐστι, βάραθρόν ἐστι, βόθρος ἐστι, λίκνος ἐστι. κακὸν ἡ συνήθεια. Κείνου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα, φεύγωμεν, ὦ συνναῦται, φεύγωμεν τὸ κῦμα τοῦτο· πῦρ ἐρεύγεται· νῆσός ἐστι πονηρὰ, ὀστοῖς καὶ νεκροῖς σεσωρευμένη· ᾄδει δ᾽ ἐν αὐτῇ πορνίδιον ὡραῖον, ἡδονὴ, πανδήμῳ τερπόμενον μουσικῇ. *Fugiamus itaque consuetudinem; fugiamus tanquam difficilem scopulum, aut minacem charybdin, aut Sirenes, de quibus fabulæ. Elidit hominem, a veritate avertit, aufert e vita. Laqueus est, barathrum est, fovea est, decipula est. Mala res consuetudo.*

Hoc, agite, a fumo navem, bis servemus ac undis. Fugiamus, o socii nautæ, fugiamus hos fluctus: ignem evomunt: mala est insula, ossibus & cadaveribus acervata: canit in ea meretricula speciosa, voluptas, omnibus vulgata se aliosque oblectans musica. Et Basilius Magnus, de legendis Græcorum libris: Ὅταν ἐπὶ μοχθηροὺς ἄνδρας ἔλθωσι, τῇ μιμήσει ταύτῃ δεῖ φεύγειν ἐπιφρασσομένους τὰ ὦτα, οὐχ ἧττον, ἢ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ἐκεῖνοι τὰ τῶν Σειρήνων μέλη· ἡ γὰρ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια, ὁδός τίς ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. *Quoties ad improbos homines delabuntur, cavenda imitatio, & obstruendæ aures, non minus quam Ulyxem fecisse ajunt ad Sirenum carmina. Nam pravis sermonibus assuescere ad res ipsas ducit.* Verum de his satis: imo vereor ne plus satis.

IN CAP. VIII.

Τῆς τε Σκύλλης) De Scylla & Charybdi licet vulgata jam sint omnia; non tamen erit mihi molestum consumere in his repetendis operæ nonnihil, quæ culto & polito adolescenti non ignoranda videntur. Et fabulam quidem ipsam Homerus dabit, aut jam hic scriptor noster. in qua tamen narranda Scyllam alii pæne monstrosiorem quam veteres isti, faciunt, qui ei superne feminæ, dein cani aut lupæ, serpentem in imo apponunt: quomodo vulgo quondam hæc memorata, Palæphatus & Suidas docent. quamquam ne sic quidem inepte. Virgilius aliquanto concinnius attexit ei delphinum caudas, marino nimirum monstro; ut infra videbimus. Naso hanc appendicem omittit, e cujus Metam. XIV. Scyllæ virginis primum in hujusmodi monstrum, inde in saxum mutatæ fabulam petere, neminem elegantiorum pœnitebit. At videamus nos ecquid veræ in istis lateat historiæ. Polybius apud Strabonem, Scyllam prædatorias triremes, freti Siculi angustias obsidentes interpretatur. Atque sic etiam Palæphatus, nisi quod is unam tantum triremem, velocitate præstantem, Scyllam nomine ait fuisse, quam reliquas intercipientem, Ulixes faventibus ventis effugisset. Alii formam magis scopuli, & strepitum illisi maris a poëta obscure significari volunt. Sic Sallustius olim, teste Servio ad Æn. III. scripserat *Scyllam esse saxum simile formæ celebratæ procul visentibus.* Sic ex Trogo Justinus lib. IV. post descriptionem sævissimi hujus freti satis luculentam, quæque eum ea

quam

quam Ariftoteles, libro de mirab. aufcult. ex alio fcriptore affert, componi mereatur, hæc adjicit: *Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere. hinc monftri credita fimulacra, dum navigantes magnis verticibus pelagi defidentis exterriti, latrare putant undas, quas forbentis æftus vorago conlidit.* Quod Salluftius dixit de mulieris in Scylla fimilitudine, legimus etiam in Scholiafte Apollonii Rhodii, qui & belluarum meminit in illius faxi cavis latentium, naufragofque infeftantium. Verba illius ad lib. V. v. 825. hæc funt. Τῶν δὲ τριῶν τῆς Σικελίας ἀκρωτηρίων ἀφορᾷ πρὸς Ἰταλίαν ἡ Πελωρίς. ὑπόκειται δὲ αὐτῇ ἡ χάρυβδις· ἡ δὲ Σκύλλα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀντικρὺ ταύτης. ἀκρωτήριον δ' ἐστὶν ἡ σκύλλα, ἐξέχον εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα καὶ πρόσωπον ἔχον γυναικός. κάτω δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου εἰσὶ πέτραι πολλαὶ καὶ μεγάλαι, ἔχουσαι κοίλους τόπους καὶ σπήλαια, ἐν οἷς θαλάσσια θηρία μένουσιν. ὅσα μὲν οὖν τῶν πλοίων, τὰς πέτρας ἐκκλίνοντα, ὑπὸ τοῦ κλύδωνος εἰς τὴν χάρυβδιν ἀπωθῶσιν, ἀναρροφοῦνται ὑπ' αὐτῆς, συγκαταφερόμενα τῇ θαλάσσῃ. ὅσα δ' αὖ ὑπὸ τῆς ἐν χαρύβδει θαλάσσης εἰς τὰς πέτρας τῆς σκύλλης ὑφάλους καὶ τραχείας οὔσας ἀπωθῶσι, συγκατακλᾶται καὶ διαφθείρεται. εἶτα ἐξιόντες θαλάττιοι κύνες, καὶ ἕτερα διάφορα θηρία, ἐσθίουσι τοὺς ἐκ τῶν νεῶν ἄνδρας. *Ex tribus autem Siciliæ promontoriis, Peloris in Italiam fpectat. Ei fubjecta eft Charybdis: Scylla vero in Italia huic oppofita. Eft autem Scylla promontorium excurrens in mare, mulieri afpectu non diffimile. Infra vero promontorium cautes funt multæ & magnæ, in quarum cavernis & fpecubus marinæ beftiæ commorantur. Quæcunque igitur naves, hos fcopulos declinantes, ab æftu in Charybdin impellun-*

pelluntur, *hausta impetu maris*, *ab ipsa absorbentur. Quotquot vero ab eo quod Charybdis effundit*, *mari*, *auferuntur in latentes atque asperos Scyllæ scopulos*, *confringuntur & dispereunt. Tum egressi canes marini*, *belluæque aliæ non unius generis*, *homines naufragos consumunt.* At quinam illi *canes marini?* Pisces sunt diversi, quos sic appellamus. Nam & *canis* est ex galeorum genere, *galeus nebrias*, ab Aristotele dictus; a cæteris maculis distinctus. *Scyllion* quoque hunc vocari constat eidem Aristoteli: *catulum* vertunt recentiores, ut a *canicula* Plinii discernant. Alius *canis galeus*, Aristoteli simpliciter γαλεὸς, Oppiano γαλεὸς κυων, quem Galli hodierni vocant *milandre*; item *cagnot*, id est caniculam, Græci horum temporum σκυλλόψαρον. Hunc Gesnerus aliique faciunt eundem cum Plinii canicula: dissentit Aldrovandus lib. III. de Piscibus, cap. 31. & 34. Hic non tamen pisces, sed & homines adoriri solet, urinantes præsertim; calces, poplites & alias partes corporis appetens. Præ cæteris tamen *canis marinus* dici frequenter solet *canis carcharias*, piscis e cetaceorum genere, (si Aldrovandum sequimur p. 380.) licet inter cete non sit, sed ex iis quos σελάχη vocat Aristoteles, id est cartilagineos, qui non ova, ut cæteri, verum viva pariunt animalia, postquam ova intra se ipsos excluserunt. Vide Aristotelem Hist. Anim. lib. VI. cap. X. qui diserte ait, τὰ μὲν σελάχη ζωοτοκεῖν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων ἰχθύων γένος ᾠοτοκεῖν, *genus cartilagineum animalia generare: reliqua ova parere.* Fatetur tamen intra se cartilagineos ova parere & excludere; postea vivum parere animal: idque respexit forsitan Wor-

mius in museo, pag. CCLXXI. qui tamen an satis recte dixerit canem carchariam vives fœtus non excludere, peritiores velim dispicere. Sed nec Vossius forsitan satis caute, qui lib. IV. de Theol. gent. & phys. Christ. cap. 28. pag. m. 1392. ait Scyllam quidem, seu lamiam aut canem carchariam, de quo Nicander apud Athenæum, esse ex genere cetaceo: non item hunc *canem* quem Plinius caniculam, Græci vel canem simpliciter vel carchariam canem dixerint. Contrarium certe statuerunt alii, ut ex Aldrovando patet, quem lege, lib. III. cap. XXXI. Verum Vossius Ælianum, Oppianum, & alios veterum secutus videtur. Pergamus de carcharia dicere. Est ille inter cartilagineos maximus, adeo ut ad quatuor millia librarum quandoque excrescat. Thunnorum, aliorumque piscium hostis est acerrimus; humanæ etiam carnis avidus, inventusque est in quodam homo integer: in alio etiam homo loricatus. Dentibus valet plurimis ac robustissimis, quos apud Aldrovandum, Jonstonum aliosque depictos habes, uti & piscem ipsum. Tales igitur canes, quibus cincta fuerit Scylla, intellexisse videtur poëta, doctorum certe aliquot judicio, quos inter Vossius hoc ait lib. IV. de Theol. Gent. cap. XVII. Atque his favere videntur multa apud antiquos. Ut quod Anaxilæ Comico Scylla vocetur ποντία κύων, in versibus qui apud Eustathium depravati nonnihil, apud Athenæum lib. XIII. pag. m. 558. correctiores leguntur; ubi tamen in secundo versu non δύνατο sed δύναιτο, in tertio non τὶ γοῦ, sed τὶς γοῦ legendum videtur. Item, quod poëtarum doctissimus Maro dicit Scyllam

lam *Dulichias rates canibus marinis vexasse*, aliaque, quæ nunc non colligimus. Sed tamen & plures pisces sic appellati; ut phocæ, quas tamen ab Homero intelligi hoc loco non memini quemquam prodidisse. Strabo autem etiam *pisces gladios* appellari *canes* asserit, eosque thunnos piscesque alios in angustias freti hujus ad Scyllam compulsos facile deprædari, ipsos a piscatoribus capi arte, quam ipse & Ælianus venustissime narrant. Salviano absurdum videbatur Xiphiam, dici canem, cum canes e genere galeorum sint, a quibus xiphias seu galeota Strabonis diversus plane: ideoque emendatione & interpunctione verba Strabonis immutare in alium sensum tentavit. Verum nihil temere mutandum esse plures evincunt, & jam olim Eustathius Strabonis sententiam retulit, uti nunc quoque ex verbis ejus colligitur. Vide Aldrovandum lib. III. cap. XXI. p. 330. Secundum Strabonem igitur Scylla notat *galeotarum* seu *gladiorum piscium* multitudinem ad ista saxa captantem pisces alios, & ipsam a piscatoribus captatam. Verum de explicatione historica vereor ne nimis prolixe. Ad alia igitur veniemus.

Πλαγκτὰς) De Symplegadibus se loqui ostendit dicendo solam Argo eas evasisse. An potius hæc ita miscet respectu similis periculi, & scopulos freti Siculi nomine hoc ornat ob Symplegadum celebritatem? Vide Strabonem lib, I. p. m. XXV. & Eustathium, quem exscribit Hœlzelinus ad Apollon. Rhod. lib. III. v. 42. & lib. IV. v. 860.

Νεογιλῆς) Vide interpretes Homeri. Hesychius quoque similiter, Νεογιλῆς, νεογνῆς, νεαρᾶς, νέας,

νεωστὶ γλυφηθείσης. Suidas planius: Νεογιλὸν, νεογλύφητον. παρὰ τὸ νέον γίνεσθαι, νεογινὸν καὶ ὡς πνεύμων πλεύμων ἀττικῶς, καὶ νίτρον λίτρον οὕτω νεογινὸν, νεογιλόν.

ὕπαλα) Verti, *exesa putredine*, respiciens ad allegoriam saxorum subtus excavatorum nonnunquam, & hiantium; aut etiam ad cavitatem pumicum & tophorum. Significatur vero, non tam dolus, quo superbi fere uti dedignantur, cum fateatur quodammodo se viribus infirmiorem qui ad dolos confugit: quam simulatio, cum iis quæ superbe jactantur, parum sani aut solidi subest. Inspice tamen Grammaticos ubi hanc vocem explicant.

Ἀπόλαυσιν ἡδονῇ) putabam ἡδονῆς, ad proxime præcedentem referens vocem, ut ex versione mea liquet. Assensus est Cl. Micrander. Nunc tamen disquirendum puto anne rectius legatur ἡδονὴ in recto casu, ut sit dictum per epexegesin, ἐρανεὸς, ἡ ἀγρία μετὰ τὴν φύσιν, γλυκεῖα δὲ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδονή.

Τὰ τῆς σαρκὸς ὁρμήματα) Charybdim reciproco æstu effervescentem alios quoque libidinem interpretatos esse docet Eustathius. Plures Scyllæ allegoriam sic acceperunt. Ut Virgilius Æn. III. tectius, in Ciri manifestius: Fulgentius lib. II. Mytholog. Hieronymus quoque Epistola ad Heliodorum: *In illo æstu charybdis luxuriæ, salutem vorat. Ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia, Scyllacœum renidens, libido blanditur.* Ibi vox *Scyllacœum* haud dubie est inepta. Erasmus mavult *Scyllæum*, quod non penitus displicet. esse enim potest dictum, ut *Junonium ingrediens, Martium*

tium frendens, & similia. Nec videtur tam acerbe rejiciendum, quasi nunquam sic loquantur veteres; ut ait Victorius Reatinus, odio hoc dans Erasmi, ut multa. Græci certe sic sæpe, quos nec raro imitatur sanctus ille Pater. Ipse Reatinus edidit, *Scylla ceu renidens*, quod nequeo dissimulare, ante visam editionem ejus meæ obversatum cogitationi. Semper tamen visa est elegantior futura lectio, si quis liber haberet, *Scylla sævum renidens libido blanditur*. Ut *Scylla libido* sit quale, *fabula Manes*, & id genus. *Sævum* vero, ut *Sævus jocus Veneris* Horat. Ode ad Tibullum. *Sævum renidens*, ut eidem *perfidum ridens Venus* lib. III. ode XXVIII. *Tiberius torvus, aut falsum renidens vultu*, Tacito lib. IV. Annalium. Ita *Torvum clamat*, *triste resonat*, *turbidum lætatur*, & alia, quæ apud Latinos quoque Græcorum imitatione prolata inveniuntur complura, maxime apud illos quos dixi, Horatium & Cornelium Tacitum. Scyllam Heraclides Ponticus *impudentiam* scite interpretatur, uti & alii; Seneca philosophiæ ad quærendam voluptatem projectæ comparat, Epist. XCII. qui omnino videndus. Cælius Rhodiginus Senecæ verba leviter immutat, lib. XIV. cap. III. & homini accommodat. adeatur & ipse.

Τά τε παρὰ τῆς γνώμης) Ut sapienti debellandus sit hostis, tam qui domi & intus latet, quam externus: tam a materia & corpore provenientia mala & impedimenta superanda, quam rebelles animi fervores & impetus. Utriusque victoriæ adoream Catoni suo tribuit Seneca, quo nihil consummatius ille scivit. Ep. CIV. *Miraberis*, inquit, *cum animadvertes*,

Atridem, Priamumque, & sævum ambobus Achillem. Ubi *Atridem*, vel *Atriden* legi rectius, & sic emendandum Virgilium, jam alii annotarunt.

In Cap. IX.

Νῆσος ἐστὶ Θρινακία) Sequitur Homerum, qui sic scribit; non ut cæteri, Τρινακρία. Id euphonias caussa facere poëtam dicunt interpretes. Et sane suspicor leviter, etiam Virgilium, grati auribus soni studiosissimum, ut in plerisque aliis, ita in hoc Homerum ducem secutum esse: saltem ubi corripitur secunda syllaba, quemadmodum in his; *Litore Trinacrio: Trinacrii juvenes*; & similibus. Et quid, si non tam ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει, ut vulgo tradunt plerique, sed, quod præter hoc apud Stephanum legimus, ὅτι θρινακι ἐστὶν ὁμοία, dicta est. Θρίναξ enim, non τρίναξ instrumentum illud rusticum vocatur etiam ab Hesychio & Suida, qui videndi. Vetustis tamen codicibus invitis in Marone nihil mutandum.

Κτῆμα ηλίῳ) Ἀνακαλεῖσθαι ἡλίῳ κτῆμα, non quidem ausim negare sic propemodum posse dici, ut κτᾶσθαι τῷ δεῖνα, ubi ea est orationis series. Hic loci tamen forte rectius se haberet ἡλίου. Eustathius in ipsa hac fabula, βόας. ἱεροὺς ἡλίου, & Hyginus cap. cap. cxxv. *Solis pecus sacrum* dixerunt; atque sic Græci Latinique scriptores sæpe. Vide notas exactissimas incomparabilis Nic. Heinsii ad Prudent. περὶ στεφ. hymn. XL. v. I. Didymus, aut quisquis ille est interpres Homeri, ad Odyss. μ'. v. cxxvii. Θρινακίη, νῆσος ἐν Ὠκεανῷ ἱερὰ Νείλου. Nilum Solis filium Hygino memoratum:

Nilea

Nilca Heroem Atticum: Nilum Ægyptium-Jovem legiſſe memini. Cum Sicilia vero his rei quidquam fuiſſe non puto. Arbitror igitur ſcriptum fuiſſe a Grammatico doctiſſimo, ἱερῷ Ἡλίου Thrinaciam ſive Trinacriam eſſe Siciliam, vulgatiſſimum eſt; dixitque hoc Didymus ipſe ad Odyſſ. λ. v. cvi. Ipſe vero Homerus eam aliquoties vocat inſulam τερψιμβρότου Ἠελίοιο. Nec obſtat, quod etiam Didymus in Oceano eam ponat: imitatur quippe poëtam ſuum, qui Oceani vocabulo laxe adeo utitur. Equidem Rhodus quoque Solis inſula, uti & Erythræa; prior vero Trinacria etiam dicta fuit, docente Plinio: verum de his vix eſt quod in præſens agamus.

Ἔστι; αὐτῷ θεόθεν) Ut in magnis viris plerisque, ita in Ulyxe multa fuit numinis reverentia; uti ex Homero conſtat. Nec per omnia male, pro ſuo quidem ævo, captuque iſtorum hominum, de ſapientia & providentia DEI ſenſiſſe videtur. Tribuunt Ulyxi veteres ſcitum illud, Socrati etiam poſtea, ut ajunt, ſæpe uſurpatum: ὅτι οὐδέ σε λήθω κινούμενος. *Clam, te, o DEUS, ne moveri quidem poſſum.*

Ὅς ἐστι παντὸς θανάτου χείριστος) Liv. lib. xxvii. cap. xliv. *In iis locis, quibus ille majorem partem militum fame ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt, amiſiſſet.* Similia Gruterus aliique collegerunt.

Τολμᾶσθαι τοῖς ἀθλίοις) τοὺς ἀθλίους mallet Vir quidam eruditus. Ego arbitror alterum ſatis recte ſe habere, paſſivo nempe ſenſu. Sic Herodianus lib. VII. τὰ τολμηθέντα αὐτοῖς ἔργα, ſimiliaque alii.

Πάρεστι

Πάρεστι δὲ νοεῖν) Opportune hæc & apte satis scriptor noster pro instituto suo. Est tamen bella quoque allegoria, cujus interpretationem ipsi tribuunt Aristoteli. Septem armenta quinquagenarum boum facere CCCL: totidem vero esse dies anni lunaris, quorum æqualis semper numerus; ob id Homerum dixisse boves istas nec parere nec interire. Hæc armenta filias Solis Phaëthusam & Lampetiam patri suo pascere; virtutes nempe Solis, sive lucis diurnæ partes, vitam nostram, temporis imperio addictam, regere ac moderari. Has duas Neæram perperisse Soli, motum nempe sibi constantem semper, & veluti perpetua juventa vigentem ac vegetum; unde & conveniens illi nomen. Socios Ulyxis hæc sacra Solis armenta poëta narrat exedisse. ignavi nimirum homines & perditi, maximam partem ætatis in nugis & ineptiis consumserunt: ob hoc dicti vorasse boves per sacrilegium abductas, quod rei omnium pretiosissimæ apud ipsos summa esset vilitas modusque nullus. Ulyxes autem vir sapiens, tempus habuit in quo debuit pretio; cujus nullam partem, nisi invitus, ad inania cuncta rapientibus amicis impertiit. Alii boves aratores fuisse volunt: quales, præsertim apud Athenienses, mactare nefas erat. Heraclitum de incredibilibus historiis vide. Alii vere sacra Soli pecora & armenta, de quibus nunc agere non vacat.

Κἂν βίᾳ τις ἐπαναγκάζῃ) Clariss. Collega meus Micrander scribi mavult βία in casu recto: quod cum sequentibus melius convenire videtur. Nam ut mox δεινοῦ τινος ἐπήρεια προσώπου, ita hic βία τις τοῦ καιροῦ in nominandi casu scriptum verosimile est.

In

In Cap. X.

Κατὰ τὴν Χάρυβδιν) Reprehendit Homerum in Sicilia ſua Philippus Cluverius, aſſeverans eum freti Siculi haud ſatis gnarum, omnium mendaciſſime illud deſcripſiſſe; longeque falſiſſimum appellans, quod Charybdim locet ad Pelorum promontorium, & eam ſcopulum eſſe dicat, teli tantum jactu a Scylla remotum. Cum Scylla quidem in Italia ſit ad Cænym ſive Scyllæum; Charybdis autem non oppoſita Scyllæ in anguſtiſſimis, ut Homerus ait, freti faucibus; ſed vel ſub Zancle ſita, poſterioribus Meſſana dicta, vel in toto freto intelligenda; cum illud ſive auſtro ſolo, ſive pugnantibus auſtro & borea impellitur hinc inde, ac mire concutitur atque jactatur. Hæc is prolixe, videlicet omnibus iſtis jam diligenter & accurate perluſtratis, & veterum deſcriptionibus cum experientia propria compoſitis atque expenſis. Miror eum omittere cætera, quæ longius a vero recedunt. Ut quod Scyllam & Charybdin πέτρας πλαγκτὰς vocat, cum Planctæ ſiue Symplegades in Ponto Euxino fuerint: quod utramque ingens monſtrum facit; & reliqua. Quaſi vero poëta hoc egerit, ut omnia narraret hiſtorice; & non tamen veritatem pulcherrima fabularum veſte ornaverit, multaque vera doctiſſimis admiſcuerit figmentis. Quanto melius hic interpres, ad morum doctrinam iſta perpulchre referens; quod priſcis quoque factum, ne tenera quidem ætas, adeo non Cluverius, vir doctiſſimus, ignoraſſe poteſt. Cui enim non auditus eſt verſiculus Horatii, oſtendens fa-

cile peccari in contrariis, cum vitia non ſatis caute vitantur? Item hi Virgiliani:

Læva tibi tellus, & longo læva petantur
Æquora circuitu: dextrum fuge litus & undas.

Nec non & illi,

Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus;
Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.

Quæ cum explicatione hujus ſcriptoris ſunt conferenda; aut ſingulis potius paribus, ut ita dicam, vitiorum applicanda. Norunt adoleſcentuli quoque, virtutem inter duo extrema ſitam eſſe; ſed tamen ſic, ut ad alterum propius accedere videatur; minus certe frequenter, ſi non & minus graviter, in alterutro peccari. Æneas utrumque ſtuduit vitare.

Contra juſſa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim.
Inter utramque viam, leti diſcrimine parvo,
Ni teneant curſus: certum eſt dare lintea retro.

Voluiſſet etiam Ulixes; ſed hoc fere eſt ingenium mortalium, ut in alterutrum latus plus juſto declinent, mediumque vix teneant. Atque hæc fere explicatio fabulæ eſt etiam Ariſtotelis, Eth. Nicom. II. cap. IX. Ubi tamen & plura nequaquam ignoranda diſcentibus leguntur, quorum non-

nonnulla exscribam. Οὕτω δὲ, καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς, καὶ ῥᾴδιον· καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δ' ᾧ, καὶ ὅσον, καὶ ὅτε, καὶ οὗ ἕνεκα, καὶ ὥς, οὐκ ἔτι παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον. διόπερ ἐστὶ τὸ εὖ, καὶ σπάνιον, καὶ ἐπαινετὸν, ὃ καὶ καλόν. διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου, πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παρῄνει τό,

--- τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
Νῆα. --- --- ---

τῶν γὰρ ἄκρων, τὸ μὲν ἐστιν ἁμαρτωλότερον· τὸ δ', ἧττον. ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερόν φασι πλοῦν, τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν. τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον ὃν λέγομεν· σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν. τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς. εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ. πολὺ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν, εἰς τὸ μέσον ἥξομεν· ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες, ποιοῦσιν· ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ, καὶ τὴν ἡδονήν. οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. Lambinus sic vertit. *Irasci, & pecuniam donare, & sumptum facere, cujuslibet hominis est, & facile: irasci vero, & pecuniam dare, cui, & quantum, & quo tempore, & cujus rei caussa, & quomodo irascendum ac donandum est, neque cujuslibet hominis, neque facile est. Quæ quidem est cujusque rei absolutio & perfectio, eoque rara ac laudabilis est: omne autem rarum ac laudabile, præclarum atque honestum est. Oportet igitur eum, qui medium veluti collineando petit, primum omnium se ab eo, quod magis contrarium est, longissime*

giſſime removere : quemadmodum & ſuadebat Calypſo.

Tu procul a fumo & fluctu prohibeto carinam.

Extremorum enim alterum majus peccatum eſt , alterum minus. Quoniam igitur medium aſſequi ſummæ difficultatis eſt , ſecunda (ut ajunt) navigatione , minima de malis. hoc autem hac ratione contingit maxime , quam oſtendebamus. Videndum eſt autem , ad quæ vitia ſimus & ipſi proniores. Alii enim ad alia procliviores ſumus natura. Quod quidem ex ea voluptate & ea ægritudine , qua afficimur , facile cognoſci poterit. Sed nos ipſos ab ea in contrariam partem oportet abſtrahere. Nam cum longiſſime nos a peccato removerimus , ad id , quod medium eſt , veniemus. Quod ſane faciunt ii , qui ligna diſtorta dirigunt. In omni autem negotio quicquid jucundum eſt , ipſamque adeo voluptatem , ſummo ſtudio vitare oportet. Hæc & alia hujusmodi multa, quæ vel diligenti bonorum ſcriptorum lectione , vel meditatione aſſidua fabulæ juventus per ſe poterit aſſequi , cum minime ignoraret ſignari a poëta Cluverius , mirum eſt eum ab illo exactiſſimam topographiam exſpectaſſe. Quid quod ſciret jam olim Eratoſthenem in ſimiles impegiſſe ſcopulos , & eo nomine a Strabone aliiſque graviter reprehenſum ? Quin etiam probe novit , faceturque ipſe per occaſiones alias atque alias , multa in his ipſis perite ab Homero dici , totamque pæne antiquitatem hunc doctorem ſuum ſecuta eſſe. Inter alia notabile eſt , quod dicit Cluverius multam illic ſe vidiſſe caprificum non quidem juxta

πλω-

πελωρίδα ἄκρην, sed paulo interius, quod minuta etiam Homero esse observata, & intentiòni ejus pulchre aptata vincit manifestissime. Ut vero discant adolescentes studiosi, hæc arti & officio poëtæ optime convenire, verba Eustathii, utut prolixa nonnihil, apponere haud gravabor. Postquam probare studuit, Ulixem vere in istis locis esse versatum, subjicit. Καὶ οὕτω μὲν οὐκ ἔστιν ἀμφιβαλεῖν, ὅτι ἐκεῖ τὰ πλείω πεπλάνηται Ὀδυσσεύς. Ὁ δέ γε ποιητὴς ἔστιν ἃ τῆς τοῦ Ὀδυσσέως πλάνης καὶ ἐξωκεανίζειν φαίνεται. ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς φανερῶς δειχθήσεται· φυλάττων μὲν καὶ τὰ τῆς ἱστορίας, προστιθεὶς δὲ καὶ τερατολογίαν ποιητικήν· καὶ ποιήσεως νόμῳ, τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ παραμιγνύς. καὶ τὰ μὲν διδάσκων, τὰ δὲ ἐκπλήττων ἢ καὶ ψυχαγωγῶν· οὕτω δὲ καὶ τὸν Αἴολον, καὶ τοὺς Κιμμερίους, καὶ τὰ κατὰ τὴν Καλυψὼ ἐξ ἱστοριῶν ἀληθῶν ἐρανισάμενος, ὡς δειχθήσεται, προσεπιτίθησί τε καὶ τερατολογίας· πῇ μὲν, ἐκτοπίζων τὰ ἱστορούμενα καὶ μετακινῶν αὐτὰ ἐξ ἄλλων τόπων εἰς ἄλλους πῇ δὲ, τὰς ἰδιότητας τῶν ἱστορουμένων προσαύξων, καὶ μετάγων εἰς τὸ παραδοξότερον. ἐκτοπίζων μὲν, ὡς ὅτε τοὺς Κιμμερίους τὸ ἀληθῶς βόρειον ἔθνος, εἰς τοὺς ἑσπερίους τόπους τοὺς πρὸς τῷ ᾅδῃ μετάγει ψευδῶς. καὶ τὴν τῆς Καλυψοῦς δὲ νῆσον, εἰς ὠκεανὸν μετατίθησι· τὰς δὲ ἰδιότητας ἐπαυξάνων, ὡς ὅτε τοὺς Λαιστρυγόνας, ἀγρίους ἄλλως ὄντας, αὐτοὺς καὶ ἀνθρωποφαγοῦντας ποιεῖ. καὶ τὸν αἰόλον δὲ, τεχνίτην ὄντα τοῦ πλέειν, ἐγκατακλείειν τοὺς ἀνέμους φησίν. οὐ ψευδόμενος πάντη, ἀλλ' ὑπερβάλλων τὸ ἱστορούμενον. ψεῦδος γὰρ ἁπλῶς δι' ὅλου τῆς ὁμήρου καταγνῶναι ποιήσεως, πάντη ψευδές. *Atque sic non dubitandum, quin per hæc loca pleraque Ulyxes erraverit. Quippe poëtam Ulyxis quosdam errores videmus in Oceanum*

efferre; ſicut infra liquido monſtrabitur: ſervans ac retinens ea quæ ſunt hiſtoriæ: apparatum vero poëticum, ac mirandarum rerum narrationem adjiciens, & ex lege poëticæ artis, falſum cum vero miſcens: idque partim ut doceat, partim ut vel moveat valide vel oblectet. Ita prolatis Æolo, Cimmeriis, & quæ ad Calypſo pertinent, ex hiſtoriis, ut oſtendetur, veris; prodigioſarum rerum nonnihil ſupperaddit; qua tranſponens comperta ſibi, & migrans de loco in locum: qua proprietates eorum adaugens in majus, & in id quod novum, & inſolens eſt, attollens. Prius illud ab eo fit, cum Cimmerios, vere ſeptentrionalem populum, falſo in occidentem, & loca inferis vicina transfert; cumque Calypſus inſulam, in Oceanum traducit: poſterius vero, cum Læſtrygonas, feros alioquin & agreſtes, etiam carnis humanæ appetentes facit; cumque Æolum, artem navigandi docere ſolitum, incluſos habere ventos ait: non fingens in totum, ſed narrationes veras nonnihil excedens. Simpliciter enim, & in omnem partem Homeri poëſin mendacii damnare, mendacis plane hominis ac falſi fuerit. Sed hæc hactenus: plura Cluverius ipſe, longe poſtea in Homerum æquior mitiorque, allegat, ejusdem operis lib. II. cap. XVII.

Τῆς ἐνύχεϰ τ̃ παθῶν φλογὸς) Hoc longe puto eruditius, quam quod alius in hæc non admodum intentus maluit, τῆς ἀνύδρυ τ. π. φλογός Primum convenit illud ἐνύχεϰ melius cum Charybdi: dein ea quæ vitioſis, de quibus hic eſt ſermo, cupiditatibus ut plurimum alimenta præbent, ac velut oleum camino addunt, ſunt fere humida. Unde animam ſiccam eſſe ſapientiſſimam vetus ille Hera-

Heraclitus dicere solebat. Vide Porphyrium de Antro Nympharum pag. m. CCLVII. Quæ denique hic proferri poterant ex philosophia veterum de igne humoribus nutrito, de humano corpore, & si qua præterea huc pertinere viderentur, sciens ac volens nunc omitto.

Καὶ τὰ μάλιστα μετελάζειν) Excidisse arbitror, τὰ ἑαυτῷ, aut τὰ ἐν πᾶσιν, aut denique aliud quid hujus generis.

IN CAP. XI.

Εἰς τὴν Ὠγυγίαν ἀπενήξατο νῆσον) Ab Homero insulam Calypsus Ogygiam vocari, multi annotarunt: sed quam intellexerit insulam, aut an penitus hanc finxerit, diversæ existunt opiniones. Interim mendum quoddam demere conabor Eustathio ad Odyss. α. p. 1393. ed. Rom. v. 32. ubi de hac illi sermo est Ὠγυγία ἡ κύριον ὄνομα τῆς κατὰ τὴν Καλυψὼ νήσου. ὠγύγια μέντοι ἁπλῶς οἷον κακὰ, ἤτι ἕτερον, τὰ ἀρχαῖα. ἀπό τινος Ὠγύγου, φασὶ, βασιλέως ἀρχαίου Θηβῶν. Verba οἷον κακὰ, mendosa sunt, & nullius commodi sensus: Θηβαϊκὰ scribendum est; ut sic locus iste verti possit. *Ogygia proprium nomen insulæ Calypsus. Ogygia tamen simpliciter, Thebana, aut aliter, vetusta: ab Ogygo quodam, uti ferunt, vetusto Thebarum Rege.* Etiam in Hesychio pro eo quod editur, Ὠγύγου, παλαιοῦ, ἀρχαίου, μεγάλου πολὺ, eruditissimi viri adducunt rectius, μεγάλου πάνυ. Sed ut de insula hac dicere pergam; nolim quidem revocare antiquam illam Grammaticorum litem, utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ κατὰ Ἀρίσταρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα,

τικῷ, Ulyxes oberraverit, quam inter minutas Grammaticorum quæstiunculas reponit A. Gellius lib. XIV. cap. VI. Curiosi tamen lectores vix videbuntur sibi cum plena voluptate Homerum legere, nisi suspicari saltem possint, quam ille designet insulam. ego recensebo diversarum opinionum auctores: ipsi de iis judicent. Crates igitur Oceani aliquam insulam, Solonque cum Ægyptiis Atlantidem intellexerunt; hoc est, Americam, ut nos appellamus: quam non prorsus ignorasse veteres ex Timæo Platonis, & Diodori Siculi libro V. colligunt eruditi. Eustathius ad Odyss. *α'*. Ἰστέον μέντοι ὅτι καθ' ἱστορίαν ἦν τις νῆσος Καλυψοῦς. περὶ ἧς ὁ γεωγράφος φησὶν, ὅτι Σόλων ἱστόρησε περὶ τῆς Ἀτλαντίδος νήσου παρὰ τῶν Ἀιγυπτίων ἱερέων, φοιτήσας ἐκεῖ. καὶ ἔμαθεν ὅτι ποτὲ οὖσα ἡ νῆσος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου τὸ μέγεθος, ὕστερον ἠφανίσθη. καὶ οὐ πλάττει αὐτὴν ὁ ποιητής. *Sciendum tamen, secundum historiam fuisse quandam Calypsus insulam. De qua Geographus affirmat, Solonem ad Ægyptios profectum, illic a sacerdotibus cognovisse. Comperitque fuisse insulam illam huic continenti terræ magnitudine non imparem; quæ postea conspecta non fuerit: poëta certe illam non fingit.* Geographus iste Strabo est, cujus verba pæne eadem nihil refert exscribere. In Oceanum venisse Ulyxem, Crateti assenserunt Eratosthenes & Apollodorus. Plures vero in mari interno illum oberrasse, ibique hanc insulam statuendam, voluere, quos apud Cluverium recensitos videas, Sicil. ant. lib. II. cap. XVII. Plinius contra extremam Italiæ partem, Laciniumque promontorium Calypsus insulam ponit: nomen non affert. verba hæc sunt plagas istas per-

cen-

censentis. *Promontorium Lacinium, cujus ante oram insula X. M. pass. a terra Dioscoron; altera Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur: præterea Tris Sirenusæ, (vulgati male, Tiris, Eranusa) Meloëssa. Ipsam a Caulone abesse LXX. m. pass. prodidit Agrippa.* Quæ an & quomodo vitiata sint a descriptoribus, eruditi deliberent. Pomp. Mela, & Hyginus Ææam dixere; memoriæ lapsu quodam, cum Homerus non Calypsus sed Circes insulam sic vocet: quemadmodum contra Calypso pro Circe Aristoteles posuisse putatur, verbis supra adductis. Cluverius Melitam designatam a poëta existimavit; sicut olim Callimachus Grammaticus Gaulon Melitæ proximam hic dici putavit. Plura Cluverius ipse.

Δαψιλῶς φιλοφρονήσασθαι) Quidam nimis vulgariter immortalitatem, quam Calypso fertur Ulyxi pollicita, de promissa ubere jucundarum rerum copia statuunt accipiendam. quemadmodum scilicet immortales se, aut Deorum vitam adeptos divisve pares jactabant, quibus res ex animi sententia fluere videbantur. Ego arbitror sic intelligi, a politioribus saltem, vitam plane divinam, & qualem quidem isti fingere sibi poterant, vere felicem & æternam; quam mortali contingere non tantum per convictum Deorum, sed & per conjugium Deæ, vetus fuit opinio, Servio Grammatico teste.

Τῆς σώφρονος Πηνελόπης) Eodem sensu Penelope Latinis Poëtis *proba* dici solet: nam *probus* sæpe castum notat. Estque mihi suspicio, Romanos, cum fæminas appellarent bonas, pudicas

maxime signasse; licet non exclusis virtutibus cæteris, quæ in illum sexum cadunt: sed hac maxime spectari solent mulieres. Illud sane Catulli tale quidpiam velle videtur.

Vos unis senibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ.

Nec aliter multo poëtæ Græco Antiphilo eadem hæc Penelope ἀγαθὴ dicta, Antholog. I. Cap. LXVII. Veteres item Sueones nostri goda Konu / id est bonam mulierem opponebant adulteræ, meretrici & maleficæ; ut in legibus nostris est videre fieri.

Ἐπὶ τὴν (ζώτροφον ζωφροσύνην) Ita solet fere noster patriam Ulyxis hominis bene educati mores integros & incorruptos interpretari. Pythagorei & Platonici quomodo de his disseruerint, Porphyrius docet, lib. de antro Nympharum, qui & alia multa continet huc facientia, & hæc quorum initium dabo. Οὐ γὰρ ἀπὸ σκοποῦ, οἶμαι, καὶ τοῖς περὶ Νουμήνιον ἐδόκει Ὀδυσσεὺς εἰκόνα φέρειν Ὁμήρῳ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, τοῦ διὰ τῆς ἐφεξῆς γενέσεως ἐρχομένου, καὶ οὕτως ἀποκαθισταμένου εἰς τοὺς ἔξω παντὸς κλύδωνος καὶ θαλάσσης ἀπείρους. Hoc est, Luca Holstenio, V. C. interprete. *Neque enim sine ratione, mea quidem sententia, existimavit Numenius, Ulyssem in Odyssea Homeri imaginem gerere ejus, qui generationem ordine transit; atque ita demum ad illos qui omnem procellam marisque*

risque æstum ignorant, *defertur*. Ubi per *generationem quæ ordine fit*, five τὴν ἐφεξῆς γένεσιν, τὴν ἀνανέωσιν intelligo, & animæ ad cæleſtia per alios modos, vias & manſiones reditum: quibus de rebus lege, ſi placet, iſtorum philoſophorum commentationes apud ipſos. Quod ad Homerica hæcce attinet; clarius ea nobis nunc Euſtathius explicabit, & ſimul Calypſus quoque allegoriam. Μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν (τὴν Καλυψὼ) τῇ ἀλληγορίᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα, ὡς συγκαλύπτουσαν ἐντὸς δίκην ἐλύτρου τὸν ψυχικὸν μάργαρον. ἥτις καὶ αὐτὴ κατεῖχε τὸν φιλόσοφον ὀδυσσέα, ὡς ἄνθρωπον δεδεμένον σαρκί· καὶ μυθικῶς εἰπεῖν, ἐν ἀμφιρύτῃ νήσῳ ὄντα δενδρηέσσῃ, ἥτις ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης, τουτέστιν ἐν ὑγρῷ σώματι ὄντα, καὶ ὡς ἂν ὁ Πλάτων εἴπῃ, ἐπιρρύτῳ καὶ ἀπορρύτῳ· ἔτι δὲ καὶ ὑλαίῳ καὶ ἀμφιλαφεῖ τοῖς πάθεσι, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς περὶ γαστέρα καὶ ὀμφαλόν καὶ οὕτω μὲν ὀδυσσεὺς δυσαπαλλάκτως εἶχε τῆς εἰρημένης Καλυψοῦς, οἷα ὡς εἰκὸς φιλόζωος· Ἑρμοῦ μέντοι, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα αἰνίξεται ὁ ποιητής, μεσιτεύοντος, ὅ ἐστι λόγου, γέγονε τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ποθουμένης πατρίδος, ἤγουν τοῦ νοητοῦ κόσμου· ὅς ἐστι κατὰ τοὺς Πλατωνικοὺς, ψυχῶν πατρὶς ἀληθής. Ὁμοίως, γέγονε καὶ τῆς Πηνελόπης φιλοσοφίας, λυθεὶς καὶ ἀπαλλαγεὶς τῆς τοιαύτης Καλυψοῦς. Λέλυται γὰρ τρόπον τινὰ τοῦ σώματος ὁ φιλόσοφος, καὶ ἀσχέτως τούτῳ συνέχεται. καὶ ἔστιν οἰκεῖον εἰπεῖν τὴν τοιαύτην Καλυψὼ πρὸς τὸν ἀπόδημον αὐτῆς τῇ διανοίᾳ φιλόσοφον, ὅτι ὁ νοῦς σου παρὼν ἀποδημεῖ. *Allegorice Calypſo nympham in corpus humanum transfigurant*, *ut pote quæ haud ſecus ac involucrum quoddam animæ margari-*

tam tegat; nam Græce Καλύπτειν *eſt tegere, quæ & ipſa philoſophum Ulyxem detinuit, hominem nempe adhuc corpore implicitum; &, ut ſecundum fabulam loquamur, commorantem in inſula circumflua & ſylvoſa, quæ umbilicus eſt maris, hoc eſt, in corpore humido, ſive, ut Platonis utar verbis, cui ſemper aliquid influit & defluit, ac præterea materiali opacoque, & affectibus cupiditatibusque exuberanti, cum aliis, tum iis quæ circa ventrem ſunt & umbilicum. Ab hujus igitur, quam dicimus, Calypſus nexu difficulter avelli potuit Ulyxes, vitæ videlicet cupidus. Mercurii tamen, ut infra in fabulis ſuis narraturus eſt poëta, hoc eſt, rationis interventu, recepit eum patria philoſophia conciliante deſiderata, hoc eſt, mundus intelligibilis, qui ſecundum Platonicos animarum vera eſt patria. Similiter eum poſt repudiatam Calypſo jam liberum, Penelope ſua, hoc eſt, Philoſophia tenuit poſſeditque: nam ſolutus eſt quodammodo a corpore philoſophus; & licet in eo ſit, coërceri tamen ejus vinculis nequit. Poteſtque Calypſo hæcce procul evaganti extra ipſam philoſopho ſatis appoſite dicere: Mens tua præſens peregrinatur.* Verba Platonis in Timæo, de quibus hic loquitur Euſtathius, jam alii indicarunt, & interpretatione Ciceronis illuſtrarunt. Præter hos etiam Stoici ſapientis exemplar in Ulyxe a doctiſſimo Poëta effictum habebant. Nam, Seneca teſte, lib. de de conſtantia, cap. II. *Ulyxem & Herculem ſapientes pronunciaverunt, invictos laboribus, & contemptores voluptatis, & victores omnium terrorum.* Quid multis moror? Ne Chriſtiani quidem inficiati ſunt poëſin Homericam virtutis eſſe laudationem.

tionem. Hoc pro cæteris nunc dicat Basilius, ut gravibus viri magni verbis hæc qualiacunque obsignem. Ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ οὐδὲν ἕτερον, ἢ προτρέπων ἡμᾶς ἐπ' ἀρετὴν, καὶ προκαλούμενος ἅπαντας ἀγαθοὺς εἶναι, ταῦτα διελθεῖν· καὶ ὥστε μὴ καταμαλακισθέντας πρὸς τοὺς πόνους, προαποστῆναι τοῦ τέλους. ἢ μέντοι, ἢ εἴ τις ἕτερος ἐοικότα τούτοις τὴν ἀρετὴν ὕμνησεν, ὡς εἰς ταὐτὸν ἡμῖν φέροντας τοὺς λόγους ἀποδεχόμεθα. ὡς δ' ἐγώ τινος ἤκουσα δεινοῦ καταμαθεῖν ἀνδρὸς ποιητοῦ διάνοιαν, πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστὶν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ, τι μὴ πάρεργον. οὐχ ἥκιστα δὲ ἐν οἷς τὸν στρατηγὸν τῶν Κεφαλλήνων πεποίηκε γυμνὸν ἐκ τοῦ ναυαγίου περισωθέντα. Hugo Grotius sic vertit. *Mihi videtur non aliam ob causam hæc dixisse poëta, quam ut omnes ad virtutem excitaret, auctorque eis esset, ut viri boni evaderent, neque laboribus defatigati ante metam deficerent. Quod si quis alius hæc dixit in commendationem virtutis, recipiemus sane ejus dicta ut eodem spectantia: At sane ut ego a viro gravi, & in mente poëtæ assequenda sagace admodum audire me memini, omnis Homeri poësis virtutis est laus, omniaque eo spectant, extra ea quæ accessionis sunt loco. ibi vero maxime ubi Cephallenum ducem facit nudum e naufragio servari.* Addantur his cætera, quæ exscribere longum fuerit: aut potius tota oratio elegantissima legatur, ut pii cultique adolescentes doctoris magni præceptis cognitis, habeant quid in Græcorum libris legendis sit sequendum, quidve vitandum; ut ingenium pariter erudiant expoliantque & mores vitamque omnem ad id quod

optimum & honeſtiſſimum eſt, bono cum DEO, fingant & forment ; & omnia mature proviſa recteque diſpoſita, læti ac optabiles ſequantur exitus.

F I N I S.





INDEX

I N D E X

EORUM QUI SCRIPTO AUT VOCE MIHI PROFUERUNT IN HIS NOTIS

Adornandis: Veterum item nonnullorum; quos illuſtrare aut emendare tentavi.

A.

B.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

T.

V.

W.

T Y P I S
JOHANNIS WILHELMI DE GROOT.





